quo minus conductione ſua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, vel ante prætoriũ † meum piſcari prohibeam, quid dicendum eſt? me iniuriatum iudicio teneri, an non? Et quidem mare commune omnium eſt, & litora: ſicuti aër. Et eſt ſæpiſſime reſcriptum, non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari: niſi quòd ingredi quis agrum alienum [a] prohiberi poteſt. Vſurpatum [b] tamen & hoc eſt, tametſi nullo iure, vt quis prohiberi poſſit ante ædes meas vel prætorium meum piſcari. Quare ſi quis [c] prohibeatur: adhuc iniuriarum agi poteſt. [d] In lacu tamen qui mei dominij [e] eſt: vtique piſcari aliquem prohibere poſſum.

XIIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Plautium.*

SAnè ſi maris proprium ius ad aliquem pertineat: [f] vti poſſidetis interdictum ei competit, ſi prohibeatur ius ſuum exercere: quoniam ad priuatam iam cauſam pertinet, non ad publicã hæc res: vtpote cum de iure fruendo * agatur, quo ex priuata cauſa contingat, non ex publica. Ad priuatas enim cauſas accommodata interdicta ſunt, [g] non ad publicas. B

XV. VLPIANVS *libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.*

ITem apud Labeonẽ quæritur: ſi quis mentẽ alicuius medicamento, alióve quo alienauerit, an iniuriarũ actio locũ haberet. Et ait iniuriarũ aduerſus eũ agi poſſe. [h]

a] Conſuetudine iniuſta ſcienter vtens, iniur. tenetur. immo videtur quòd ei faueatur per ea quæ not. Frã. de Creſſin. ſuo. 150. in c p. conſuetudo. eſt Bononiæ.

† πρόθυρον Nouell. 6. Leonis vertere videtur vide Harm. lib. 2 tit. 1. Gel. li. 16. c. 5. de ſing. veſtibuli.

* fruendi agat, quod ex.

a *Quis agrum alienum*. vt & ſupra de ſer. ruſtic. prædi. diuus. & inſtitut. de re. diui. §. apum. & ſupra de adquiren. re. do. naturalem. §. apum. Accurſius. A

b *Vſurpatum*. id eſt conſuetudine obtentum: vt ſupra de vſuca. l. ij. vel contra rationem introductum. Item not. quòd tenetur iniuriarum qui ſciens iniuſta vtitur conſuetudine. [a]

c *Quare ſi quis*. quia nullo iure vſurpatum eſt: ergo ſi quis, &c.

d *Agi poteſt*. licet ſit vſurpatum: niſi conſuetudo ex certa ſcientia ſit inducta: quia tunc legem vinceret: vt. C. quæ ſit longua conſuet. l. conſuetudinis. & ſupra communia prædio. l. venditor. §. ſi conſtat.

e *Mei dominij*. quod eſſe poteſt: vt ſupra qui. mo. vſusfruct. amit. l. quid tamẽ. §. j. & ſupra vt in flu. pu. na. lic. l. j. §. ſi priuata.

f *SAnè. Pertineat.* Sper priuilegium, vel per longam conſuetudinem: vt ſupra de diuer. præſcript. l. ſi quiſquam. Azo.

g *Interdicta ſunt*. vti poſſi. & vtrubi, & plura alia multa: tamen cauſa publici iuris introducta ſunt: vt ſupra de interdict. l. j. & l. ij. §. hominum. quæ ſunt contra. Accurſius.

*ITem apud Labeonem.*] CASVS. Qui medicamenta alicui dedit, vt eum alienaret à mente, vel qui alio modo hoc fecit, & ſic factum eſt: tenetur hac actione. Secundo dicit: eleuaui manum contra te quaſi tibi alapam daturus, & non dedi. teneor hac act. [AIT PRÆTOR.] Ponitur edictum, cuius ſenſus eſt: qui aduerſus bonos mores conuicium alicui fecit: cuiúſve opera hoc factum eſſe dicetur: in eum prætor dat act. Poſtea loquitur Vlp. & dicit: conuicium eſt iniuria. Et dicitur conuicium à concitatione vel à collatione vocum: quando plures vnam vocem ponunt: vt cum dicunt, Titius eſt cucurbita, eo præſente: vel ad domum Titij vadunt, & ibi dicũt ante domum, vel aliquid aliud dicunt quod ſit contra mores huius ciuitatis. & non ſolum qui poſuit vocem, tenetur hac act. ſed & is qui induxit aliũ vel alios ad concitandum. Et bene dictum eſt in edicto, cui. ſi enim non nominarent perſonam: ſed dicerent, quis cucurbita, non tenerentur hac act. Subſequenter dicit: procuraui vt tibi conuicium diceretur per aliquem: puta per Barbacam de porta noua: qui habet malam linguam: non tamen dixit cõuicium. dicitur quòd non teneor. Ex his apparet conuiciũ cum vociferatione fieri ſiue ab vno ſiue à pluribus: id eſt ſi in cœtu dicatur. ſi autem aliquis aſtrologus vel diuinus dicat aliquem furem, cum non eſſet: non tenetur hac act. ſed per conſtit. punitur. Item hæc actio iniuriarũ, quæ naſcitur ex conuicio, non datur heredi, nec in heredem. [SI QVIS VIRGINES.] Appellaui virginem ancillari veſte veſtitam. minus pecco, & non teneor. vel aliter vt in gloſ. Item non teneor ſi erat veſtita veſte meretricali, & eam appellaui, ſcilicet eius pudicitiam blãdo ſermone attentando: vel ei comitem abduxi. comitem autẽ intelligas, qui aſſociabat virginem: ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: ſiue maſculus, ſiue fœmina. ſic ergo comes dicitur qui erat deſtinatus vt aſſociaret puellam quandã. continetur etiã & pædagogus. & ille dicitur abducere comitem, qui fecit ne comes cum ea eſſet, ſiue per vim, ſiue per blanditias. Tenetur etiam hoc edicto non ſolũ qui comitẽ abduxit: ſed & is qui aſſectatus eſt aliquem comitum, & qui appellauit. Poſtea dicit quid ſit appellare. poſtea dicit, ſi dico verba turpia alicui, teneor iniuriarũ. poſtea dicit differentiam eſſe inter appellare & aſſectari. & dicit quid ſit aſſectari. poſtea dicit quòd nõ omnis aſſectator tenetur. ecce enim qui ſolatiãdi cauſa cum aliqua domina vel virgine loquitur, non tenetur. Item ioculatores qui præcedunt ante dominas ſonando ſua inſtrumenta: non tenentur. Vltimo dicit: pro iniuria facta ſponſæ habet ſponſus act. iniuriarum. [AIT PRÆTOR.] Ponit edictum cuius ſenſus eſt: prohibet prætor ne quid fiat ad infamiam alicuius. & ſi cõtra hoc fiat, prætor animaduertet. Poſtea dicit: hoc edictũ videtur ſuperfluum per ſuperius. ſed tamen ſpecialiter de hoc voluit dicere. ea enim quæ notabiliter fiunt, &c. apparet ergo prætorem aliquid fieri vel dici ad infamiã alicuius noluiſſe: & qui contra fecit, tenetur act. iniuriarum. & ponit plura exempla quando fit ad infamiam alicuius. Item bene dixit prætor, ſi contra fiat, animaduertam. quia quandoque non puniet, inſpecta perſona contra quam eſt facta iniuria, vel inſpecta perſona eius qui fecit, vel inſpecta qualitate iniuriæ. & da exempla vt in gloſ. [SI QVIS LIBELLO.] Libellum infamatoriũ dedi principi, in quo continetur infamia alicuius: teneor act. iniuriarum. Secundo dicit: ſi comes vel aſſeſſor poteſtatis Bonon. accipiat à me pecuniam, & faciat dari per poteſtatẽ quandam ſententiam pro me: & iſte comes vel aſſeſſor ob hoc ſit fuſtigatus: videtur de iniuria damnatus. videtur enim feciſſe iniuriam poteſtati. Tertio dicit: bona vel rem alicuius per iniuriam occupaui. teneor act. iniuriarum. Quarto dicit: quidam dixit ſe habere à me in pignus quendam librum: & non erat verum. illum librum poſuit venalem cauſa me infamandi. tenetur hac. act. Quinto dicit: vocaui quendam ad ius cauſa iniuriandi eum vt debitorem meum, cum non eſſet. teneor hac actione. [PRÆTOR AIT.] Prætor ait: qui ſeruum alienum verberat aduerſus bonos mores: item qui quæſtionem habet de ſeruo alieno ſine iuſſu domini: iniuriarum act. tenetur. item ſi quid aliud fiat: prætor act. dat. Poſtea dicit: qui ſeruo alieno fecit iniuriam in odium domini, domino C datur hæc actio: ſiue in odium domini prætor non debet relinquere hanc iniuriam inultam. Poſtea dicit: qui ſeruum communem ſuum & alterius verberat: non tenetur hac act. idem ſi fructuarius: nam non tenetur hac actio. & bene dictum eſt in edicto, verberet ſeruum in quo habet vſumfruct. Idem ſi proprietarius: nam tenetur hac act. & bene dictum eſt in edicto, aduerſus bonos mores. quid enim ſi cauſa corrigendi ſeruum meum eum verberes? non teneris, item ſi magiſtratus. Poſtea exponit verbum verberaſſet, poſitum in edicto. item verbum, quæſtionem. Poſtea exponit vltimo verba edicti, hæc ſcilicet, itẽ ſi quid aliud factũ eſſe dicetur, &c. nam ſi ſeruus alienus verberetur, vel quæſtio eius habeatur ſine cauſæ cognitione, tenetur hac act. qui hoc fecit. ſi autem alia iniuria ſit ei facta: non ſemper tenetur qui fecit iniuriam: ſed cum cauſæ cognitione. qui enim leuiter ſeruum alienum percuſſit, vel maledixit, non tenetur. Si autem aliquis infamauit eum carmine, vel alio modo: bene tenetur cum cauſæ cognitione. nam inſpicitur conditio ſerui: vt in litera declaratur. Poſtea dicit: facta iniuria ſeruo, domino oritur hæc actio: quandoque non. quid enim ſi ſeruus dicebat ſe liberum, & eum verberem? vel quid ſi alterius credebam ſeruum, quàm eſſet? D Vltimo dicit: verberaſti ſeruum meum ita quòd ei rupiſti brachium. egi hac actione iniuriarum: poſſum adhuc agere Aquil. & redditur ratio. [SI VSVMFRVCTVM.] Habebam vſumfruct. in ſeruo, & tu proprietatem. ſi aliquis ei ſeruo facit iniuriam, tibi competit hęc actio, non mihi. idem ſi cum ſeruum alienum bona fide poſſidebam. Secundo dicit: poſſidebam liberum hominem tanquam ſeruum. ei eſt facta iniuria. ſi in mei odium: ego habeo: aliàs non. Idem in ſeruo alieno quem bona fide poſſideo. Idem in fructuario ſerui eſt dicendum. Tertio dicit: ſeruum plurium verberaui. omnibus dominis datur hæc actio: & cuilibet ſum condemnandus pro parte quam habet in ſeruo. ſed ſi volente vno ex dominis ſeruum verbero: ſi quidem eius tantum credebam ſeruum, non teneor hac act. ſi autem ſeruum eius & aliorum ſciebam eum eſſe, tunc aliis teneor: ei qui voluit, non teneor. Vltimo dicit: iuſſu tutoris vel curatoris ſeruum pupilli vel adulti poſui quæſtioni. non teneor. & hoc dicit hic. §. cum. l. ſeq. & princ. tertiæ. Franc.

h *Agi poſſe*. criminaliter etiã accuſatur: vt. C. de mathe. l. multi. arg. contra. ꝟ. ſi quis ali. teſtari pro. l. fin.

Si quis † pulſatus quidem non eſt, verùm manus aduerſus eum leuatæ, & ſæpe territus quaſi vapulaturus, a non tamen percuſſit: b * vtili iniuriarum actione c tenetur. Ait prætor: *Qui aduerſus bonos mores conuicium* d *cui feciſſe, cuiúſve opera factum eſſe dicetur, quo aduerſus bonos mores conuicium fieret: in eum iudicium dabo.*

A Conuicium iniuriam eſſe Labeo ait. Conuicium † autem dicitur vel à concitatione, vel à conuentu: hoc eſt à collatione vocum. Cum enim in vnum complures voces conferuntur: conuicium appellatur, quaſi conuocium. Sed quod adiicitur à prætore, *aduerſus bonos mores*: oſtendit non omnem in vnum collatã vociferationem prætorem notare: ſed eam quæ bonis moribus improbatur, quæq; ad infamiam vel inuidiam alicuius ſpectaret. Idem ait, *aduerſus bonos mores* ſic accipiendum, non eius qui fecit: ſed generaliter accipiendum aduerſus bonos mores huius ciuitatis.

B Conuicium non tantum præſenti, verùm abſenti quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſi quis ad domum tuam venerit te abſente: e conuicium factum eſſe dicitur. Idem & ſi ad ſtationem vel tabernã ventum ſit, probari oportere. f Feciſſe conuicium g non tantùm is videtur, qui vociferatus eſt: verùm is quoque qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui ſummiſit vt vociferentur. *Cui*, non ſine cauſa adiectum eſt. h Nam ſi incertæ perſonæ cõuicium fiat, nulla executio eſt. i Si curauerit quis cõuicium alicui fieri, non tamen factum ſit, non tenebitur. k Ex his apparet, non omne maledictum conuicium eſſe: ſed id ſolum quod cum vociferatione dictum eſt. Siue vnus, ſiue plures dixerint: quod in cœtu dictum eſt, conuicium eſt. Quod autem non in cœtu nec vociferatione dicitur: conuicium non propriè dicitur, ſed infamandi cauſa dictum.

Aſtrologi diuinantes ſunt puniendi gladio vltore. hoc dicit.

Si quis aſtrologus, vel qui aliquam illicitam diuinationẽ pollicetur, conſultus aliquem furem dixiſſet, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non poteſt: l ſed conſtitutiones m eos tenent. Iniuriarum quæ ex conuicio n naſcitur, in heredes non eſt reddenda, ſed nec heredi. o

Talis quis eſſe præſumitur, in quali habitu reperitur. Bart.

Si quis † virgines p appellaſſet, q ſi tamen ancillari veſte veſtitas, minus r peccare videtur: multo minus ſ ſi meretricia veſte fœminæ, non matrumfamiliarum veſtitæ fuiſſent. Si igitur nõ matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauit, t vel ei comitem abduxit: iniuriarum tenetur. u * Comitem x accipere debemus eum qui comitetur, & ſequatur: &, vt ait Labeo, ſiue liberum, ſiue ſeruum, ſiue maſculum, ſiue fœminam. y & ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiuſque cauſa, vt ſequeretur deſtinatus, in publico priuatóve abductus fuerit. Inter comites vtique & pædagogi z erunt. Abduxiſſe videtur, vt Labeo ait, non qui abducere comitem cœpit: ſed qui perfecit a vt comes cum eo † nõ eſſet. Abduxiſſe autem non tantùm is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoque qui perſuaſit b comiti vt eam desereret. Tenetur hoc edicto non tantum qui comitem abduxit: verumetiam ſi quis eorum quem c appellauiſſet, adſectatúſve eſt. Appellare eſt blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Hoc enim non eſt conuicium facere, ſed aduerſus bonos mores attentare. C Qui turpibus verbis vtitur: non tentat pudicitiam, ſed iniuriarum tenetur. Aliud eſt appellare, aliud adſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat: adſectatur, qui tacitus d frequenter ſequitur. Adſidua * enim frequẽtia quaſi præbet nonnullam e infamiam. Meminiſſe autẽ oportebit, non omnem qui adſectatus eſt, nec omnem qui appellauit, hoc edicto conueniri poſſe. Neque enim ſi quis colludendi, f ſi quis officij g honeſtè faciẽdi gratia id facit, ſtatim in edictum incidit: ſed qui contra bonos mores hoc facit. D Sponſum quoque ad iniuriarum actionem admittendum puto. Etenim ſpectat ad contumeliã eius iniuria quæcumque h ſponſæ eius fiat.

Non eſt ſuperfluum poſt generalem clauſulam ſubiicere ſpeciales, cauſa rei elucidandæ. hoc dicit.

Ait prætor: *Ne quid infamandi cauſa fiat.* i *Si quis aduerſus ea fecerit: prout quæque res erit, animaduertam.* Hoc edictũ ſuperuacuum k eſſe Labeo ait, quippe cum ex generali [ clauſula l ] iniuriarum agere poſſumus. Sed videtur & ipſi Labeoni, & ita ſe habet, præ-

† Bart. hic dicit iſtũ textũ eſſe no. & ſe neſcire alibi aliũ concor. & Alexã. ad Bart. in l. reſpicien dũ §. de in litẽ. j. de pœ. eũ enũ reputat ſing. ad hoc quod ſi quis nõ fuit actu verberatus, ſed manu eleuata in eũ cõminatus ſæpius, & ex hoc attonit' & perterrit' fuerit, poteſt agere actiõne iniuriarũ quaſi vapulatus.

* percuſſus.

† Vide in hunc locum Lau. Vall li. elegan. 6. ca. 52.

a *Vapulaturus*. i. verberandus eſt. Azo.

b *Percuſſit*. efficaciter.

c *Actione*. prætoria. id eſt non Cornelia: vt ſupra eod. l. lex Cor. in princ. & . §. inter.

d *Conuicium*. differt inter conuicium, & nudum dictum cauſa infamandi: vt infra. §. ex his. & vſq; illuc eſt expoſitio horũ verborũ.

e *Te abſente*. fit ergo dolus abſenti. ſic & abſens dolum facere poteſt: vt ſupra vi bo. rap. l. prætor. ij. §. hoc autem edicto.

f *Oportere*. eſſe conuicium.

g *Feciſſe conuicium*. vt & ſupra eodem. l. non ſolum. in princ. & infra ead. l. §. abduxiſſe. & ſupra de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & de vi & vi arm. l. j. §. deieciſſe. & de mino. l. in cauſæ. j. §. in ſumma. & . ſ. eo. l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus.

h *Adiectum eſt*. in edicto prætoris: vt ſupra. §. ait prætor.

i *Nulla executio eſt*. aliud in famoſo libello: vt ſupra eo. l. quod ſenatus. & facit inſtit. de leg. §. tutor. & infra eo. l. eum. §. ſi iniuria. & ar. contra. inſtit. de rerum diuiſione. §. hoc amplius. Accurſius.

k *Non tenebitur*. nõ ſufficit conſilium vel conatus, ſi delictum non habeat effectum: vt & ſupra quod quiſque iuris. l. j. §. fina. & ſupra de furt. l. ſi quis vxori. §. ſi quis de manu. & . §. neque verbo. & de ope. lib. l. ſicut. & de verb. ſignifi. ſæpe. in fin. & . l. fugitiuus. & ſupra de his qui no. infam. l. qui autem. & ſupra quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ita demum. ſed arg. cõtra ſupra de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. is autẽ. & de contra. iud. tut. l. iij. §. ſufficit. & infra tit. j. l. j. Accurſius.

l *Non poteſt*. quia non dolo, ſed ſuæ artis cauſa fecit. Accurſius.

m *Conſtitutiones*. vltore gladio puniendos: vt & . C. de mathe. l. nemo haruſpicum.

n *Ex conuicio*. imò ex bono & æquo: vt ſupra eo. l. non ſolùm. §. j. contra. ſed ſolu. vt ibi.

o *Nec heredi*. vt & . ſ. l. iniuriarum. in prin. Ac.

p *Si quis virgines*. id eſt eas quæ erant virgines. Accurſius.

q *Appellaſſet*. id eſt earum pudicitiam blando ſermone attentaſſet: vt infra eo. appellare.

r *Minus*. id eſt nullo modo. Ioan. vel minus quàm ſi id liber feciſſet. R. pro quo facit quod ſubiicit multo minus. ſed non placet; cum non ſit atrox: vt inſtit. e. §. ſeruis.

ſ *Multo minus*. id eſt nullo modo. Ioan. ſic & ſupra loca. l. ſi quis ignorans.

t *Appellauerit*. id eſt blando ſermone earũ pudicitiam attentauerit.

u *Non tenetur*. nullo modo: & hoc tertio caſu, ſecundum Io.

x *Comitem*. ſcilicet virginis.

y *Fœminam*. ſ. comitẽ accipere debemus.

z *Et pædagogi*. id eſt magiſtri qui pede ad pedem ſequuntur. Azo.

a *Perfecit*. ſic. ſ. quod quiſque iur. l. j. in fin. & ne quis eum qui in ius voca. l. ſi per alium. §. j.

b *Perſuaſit*. ſic & ſupra de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. & ſupra eo. §. feciſſe.

c *Eorum quem*. ſcilicet comitum. & ſic iniuria facta comiti, videtur fieri ſocio itineris. & facit ſupra eod. l. ſed eſt quæſtionis. §. fin. & l. j.

d *Tacitus*. hic melius aperit, quàm aliàs, quid ſit adſectari.

e *Nonnullam*. id eſt aliquam.

f *Colludendi*. vel ſolatiandi: vt faciunt milites Domando.

g *Officij*. vt viatores præcedentes.

h *Quæcunque*. an ergo de adulterio accuſet? Reſpond. vt dices infra de adulterio. l. ſi vxor. §. j. & facit ſupra eo. l. j. §. fin. Accurſius.

i *Fiat*. manibus. ſcilicet ſcribendo, vel pingendo, vel ſculpendo. Azo. ſed ſi aliter dicas: videtur cautum per ſuperius edictum ſupra eadem. l. §. ait prætor qui. verum ad hanc expoſitionẽ videtur contra infra. §. proxi. & . §. generaliter. vnde poſſet dici generaliter hoc intelligi. Accurſius.

k *Superuacuum*. prima fronte. Accurſius.

l *Ex generali clauſula*. id eſt ex generali edicto. Sed quæro, ex quo? nam

† Horat. 1. Serm. Satyr. 2. Tertul. de cult. fœmin. Not. ꝙ quis talis eſſe preſumitur prima facie, qualem eũ indicant veſtes eſſe: & de habitu & ornatu veſtimentorũ, & quæ & quales veſtes cõpetant hominibus cuiuſcunque ſtatus, & qualiter ex veſtibus præſumatur cõtra aliquem: vide Spec. in ti. de aduo. §. 2. ad do gl. in. c. 1. in. j. tit. quomodo diui. offic. ſit cele. in prag. ſan.

* non teneretur.

† ea

* Flo. adſiduo.

nam nullum aliud propoſitum eſt niſi id quod eſt ſupra ea. l. §. ait prætor qui. ex illo autem conſtat hic non agi. ſed reſpondeo: vetus fuit edictum, quod non habemus, de quo fit mentio ſupra eo. l. prætor edixit. vel ſi intelligas ſuperiorem. §. generaliter, planum eſt quod hic dicit. Accurſius. A

torem eandem cauſam ſecutum, voluiſſe etiam ſpecialiter de ea re loqui. Ea enim quæ notabiliter [a] fiunt: niſi ſpecialiter notentur, [b] videntur quaſi neglecta. [c] Generaliter vetuit prætor quid ad infamiam alicuius fieri. [d] Proinde quodcumque quis fecerit [e] vel dixerit [f] vt alium infamet, erit actio iniuriarum. Hæc autem ferè ſunt quæ ad infamiam alicuius fiunt: vtputa ad inuidiam [g] alicuius veſte [h] lugubri † vtitur aut ſqualida, aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat, aut ſi carmen [i] conſcribat, vel proponat, vel cantet aliquid quod pudorem alicuius lædat. Quod ait prætor: [k] *Si quis aduerſus ea fecerit, prout quæque res erit, animaduertam*: ſic intelligendum eſt, vt plenior eſſet prætoris animaduerſio: id eſt & quodcunque eum mouerit [l] vel in perſona eius qui agit [m] iniuriarum actione, vel eius aduerſus quem [n] agitur, vel etiam in re ipſa, [o] in qualitate iniuriæ, audiat eum qui agit. [p] Si quis libello [q] dato vel principi vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit, iniuriarum erit agendum, Papinianus ait. Idem ait eum [r] qui euentum ſententiæ velut daturus * pecuniam vendidit: fuſtibus à præſide ob hoc caſtigatum, iniuriarum damnatum videri. Vtique autem apparet hunc iniuriam ei feciſſe, cuius ſententiam venditauit. [ſ] † Si quis bona alicuius, vel rem vnam [t] per iniuriam occupauerit: iniuriarum actione tenetur. Item ſi quis pignus proſcripſerit, venditurus tanquam à me acceperit, infamandi mei cauſa: Seruius ait iniuriarum agi poſſe. Si quis non debitorem [u] quaſi debitorem appellauerit, iniuriæ faciendæ cauſa iniuriarum tenetur.

Prætor ait: *Qui ſeruum alienum aduerſus bonos * mores verberauiſſe,*

a *Notabiliter*. id eſt generaliter & regulariter: & generalibus verbis dicuntur. nam talia notabiliter notanda ſunt. vel dic notabiliter, id eſt quæ fiunt ad notam & infamiã alicuius. vel notat, id eſt mandat.

b *Notentur*. id eſt ſpecialibus verbis notentur ad vindictam imponendam.

c *Neglecta*. à prætore. ſic & ſupra nau. cau. ſtabu. l. & ideo. §. j. & de pub. l. j. §. dixerit aliquis. ibi, ſed bene putauit. plus ergo quod ſpecialiter fit vel dicitur, valet: vt & ſupra de acquirend. heredita. l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. & de auro & argen. leg. l. Quintus. j. §. ſed quod Quintus. & in authen. de nup. §. ſoluto. ibi, vnde donec. col. iiij. & C. de ſer. pig. da. l. ij. & ſupra de act. emp. l. quæro. arg. contra infra de regu. iuris. l. expreſſa. Azo.

† & eo habitu ſequatur nos aſſiduè. Seneca lib. 6. controuerſ. 30. nam hoc modo tacitum teſtimoniũ admiſſi criminis ferebant.

d *Fieri*. generaliter ergo hic accipiendum eſt: & hoc ſubiicit: proinde &cæ. ſic ſupra de lega. præſtan. l. j. & de lega. iij. l. plures. in fine tit.

e *Qui fecerit*. hoc ex verbis edicti.

f *Vel dixerit*. hoc ex ſententia. Azo.

* laturus, pecunia vẽ.

g *Ad inuidiam*. id eſt iniuriam.

h *Veſte*. facit infra eo. l. veſtem. & in authen. de ſan. epi. §. penultimo. col. ix. & C. de his qui notan. infa. l. decreto.

† Is eſt qui à veteribus dicebatur fumum vẽdere Duare. 1. diſp. c. 25.

i *Si carmen*. facit ſupra eodem. l. lex Cornel. in fine. & l. ſequenti. & infra eod. §. prætor ait. Accurſius.

k *Quod ait prætor*. vt ſupra eodem. §. ait prætor ne quid &c.

l *Mouerit*. ne debeat audire agentem.

m *Qui agit*. vt quia talis eſt cui facta ſit iniuria, cui famæ damnum non eſt iniuria: vt. C. vt intra certum tempus. l. ij.

Sic & Athenienſes laudat Demo. contra Midiam, quòd iniurias ſeruis factas lege vindicarent.

n *Aduerſus quem*. vt quia libertus aduerſus patronũ pro leui iniuria: vt ſupra eo. l. prætor. §. præterea. & §. penult.

o *In re ipſa*. ſtatim ſe exponit, id eſt in qualitate etiam: vt eſt cum fit ſeruo non atrox: vt infra eo. §. ait prætor.

p *Qui agit*. ſcilicet actione iniuriarum. vel agit contra id quod prætorem mouet. vel tertio id eſt facit iniuriam. audit tamen eum qui actionem proponit. vel agit, id eſt excipit, dicendo ſe non teneri: quæ duæ vltimæ in idem recidunt, & alium ſenſum dant quàm dixerim exponendo. & facit vt ex qualitate agatur infra de ter. moto. l. ij. §. de pœna. & ſupra de neg. geſt. l. Pomponius. ij. & de le. j. l. ſi ſeruus plurium. in fi. & ſupra. e. l. prætor

edixit. §. pen. & §. fi.

q *Si quis libello*. infamatorio. & facit ſupra eod. l. lex Cornelia. §. fin. & l. ſequen. vel dic in ciuili etiam ex cauſa vexãdi: vt ſupra eo. l. iniuriarum. §. ij.

r *Idem ait eum*. adſeſſorem, vel comitem.

*de ve eo in iuſſu domini quæſtionem [x] habuiſſe dicetur: in eum iudicium dabo. Item ſi quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita iudicium dabo.*

Si quis ſic fecit iniuriam ſeruo, vt domino faceret: [y] video dominum iniuriarum agere poſſe ſuo nomine. Si verò non ad ſuggillationem domini id fecit: ipſi ſeruo facta iniuria, inulta à prætore relinqui non debuit: maximè [z] ſi verberibus vel quæſtione fieret. * hanc enim & ſeruum ſentire [a] palam eſt. Si communem quis ſeruum verberauerit, vtique hac actione non tenebitur: cum iure domini [b] id fecerit. Nec ſi fructuarius id fecerit, dominus cum eo agit: vel ſi proprietarius fecerit, fructuarius eum conueniet. [c] Adiicitur, [d] *Aduerſus bonos mores*: vt non omnis omnino qui verberauit, ſed qui aduerſus bonos mores verberauit, teneatur. Cæterum ſi quis corrigendi animo, [e] aut ſi quis emendandi: non tenetur. Vnde quærit Labeo, ſi magiſtratus municipalis ſeruum meum loris ruperit: an poſſim cum eo experiri, quaſi aduerſus bonos mores verberauerit. Et ait, iudicem debere inquirere, quid facientem ſeruum meum verberauerit. nam ſi honorem ornamentáque petulanter attentantem ceciderit, abſoluendum [f] eum. *Verberaſſe* dicitur abuſiuè & qui pugnis ceciderit.

Quæſtionem [g] intellegere debemus tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum. Quæſtionis verbo etiam ea quam malam † manſionem dicunt, [h] continebitur. Cum igitur per vim & tormenta habita quæſtio eſt: tunc quæſtio intellegitur. Sed & ſi iuſſu domini quis quæſtionem habeat, modum tamen [i]

ſ *Vendidit*. aliàs vendidit: & aliàs indicauit: & aliàs iactauit: & punitur æquali pœna dans, & accipiens: vt C. de accu. l. qui explicandi. vbi plene dixi. ar. in authen. de ſan. epiſ. §. ſi quis autem erit. & §. præ omnibus. & C. de epiſc. & cleric. l. ſi quemquam. in fin. facit ſupra de ſuſpe. tut. l. tutor. §. tutor qui ad alimenta. Accurſius.

t *Vnam*. facit. ꝟ. vi bo. raptorum. l. ij. §. vel cuius. Accur.

* quæſtione fieret. quod alij fecerũt, quæſtionib⁹ affligeret. alij. quæſtionibus afficeret.

u *Si quis non debitorem*. vt infra. l. ſi creditor. & l. ſi iniuriæ.

x *Quæſtionem*. hoc expone vt infra eodem. §. quæſtionem. & §. quæſtionis.

y *Vt domino faceret*. id eſt ad eius ſuggillationem vt eum cruciaret, facta eſt. ſic inſtitut. de excu. tut. §. item. ſi propter inimicicias.

z *Maxime*. hoc ideo, quia idem dicetur etiã ſi aliàs atrociter cruciet eum. & ſic cõcor. inſtit. eod. §. ſeruus. & §. ſi cõmuni.

a *Sentire*. ergo ipſemet agit. & hoc quidam cõcedunt. & pro eis ſupra vi bo. rapt. l. prætor. §. penul. & infra de ſepul. vio. l. iij. §. ſi ſeruus. ſed quamlibet earum expone vt ſuo loco dictum eſt. & hic dicas dominum non ſeruum agere: vt. C. de iudi. l. ſeruus. licet ſentiat (vt dicit) inſpecto iure naturali: vt ſupra de his qui ſui iur. ſunt vel alie. l. ij. §. dominorum. & facit infra eodem. §. interdũ. Accurſius.

b *Cum iure domini*. notabilis præſumptio: vt & ſupra pro ſoc. l. merito. niſi cõtra probetur: vt in ar. contra ſupra de ſer. cor. l. ſi quis ſeruum. & ad leg. Aquil. l. ſed ſi communem.

† Vide Bu. in annota. poſteri. hic, quæ dicatur mala mãſio. Quidam putãt fuiſſe cataſtas ligneas, in quibus ſerui quæſtionis cauſa extendebantur. Accur. malè de carcere, vt patet ex l. 7. ſupra de poſiti.

c *Conueniet*. repete negationem. & facit infra ead. l. §. ſi vſumfructum.

d *Adiicitur*. in. §. prætor ait. qui eſt ſupra ea. l.

e *Animo*. in hoc facit. C. de emenda. propinquo. & de emenda. ſer. & infra ad Turpil. l. j. §. calumniatoribus. Accur.

f *Abſoluendum*. ſcilicet iudicem.

g *Quæſtionem*. facit infra proxi. §. & ſupra ad Sila. l. j. §. quæſtionẽ. & C. de iura. calum. l. j. in fi. & de rei vin. l. cum ſuper vernis.

h *Dicunt*. vt ſi ponitur in carcerem vt non comedat donec dicat id de quo quæritur. & facit. ꝟ. depoſi. l. ſi hominem. Accur.

i *Modum tamen*. facit. C. de emenda. ſer. & de emẽda. propinquo. & ſupra de ſerui. l. ſi cui. & ſupra ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. ſi mari-

UNED

tus.& ſupra de condic.cau.da.l.cum ſeruus.

a *Exceſſerit*.ad iniuriam domini.Accurſius.

b *Prætor*.vt ſupra ea.l.§.prætor ait qui.

c *Cauſæ cognitione*.vt & ſupra ea.l.§.quod ait prætor.

d *Bonæ frugi*. ſunt enim diuerſæ qualitates in ſeruis: vt ſupra de vſufruct.l.ſed & ſi quid §. mancipiorum. & de ædil. edic.l.fin.§.fi. &.l.j. in fin. cum ſequen. & ſupra de offic.præ.l.fin. & inſtitu.eo.§.pœna.in fine.§.

*In archetyp.erat, dictum. ſed rectè ſic à Tau. emendatum, vt ait in adnot.

e *Non cæſurus*. cecidit, non cæſurus.Accur.

f *Iniuriam fecerit*.at cõueniretur à domino ꝑ iniuria atroci factaquaſi ſeruo, non quaſi ſibi. aliàs eſſet contra ſupra ead.l. §. ſi quis ſic fecit. nec obſtat ei quod dico non agi infra eo.l. eum. §.fin.in princ.quoniam licet ibi non agat pater vel maritus: agit tamen ea perſona quæ paſſa eſt iniuriam. at hic ſi non ageret dominus, nemo alius poſſet agere: & ſic iniuria eſſet inulta: quod eſſe nõ debet. Item argu. contra. ſ. de ſer. cor. l. doli.§.j.

† Vide in hunc locum Bud.ſ. de ſer.cor. l.1. de ſeruo autem ordinario vide Cęlium Rho. lib. lect. antiq 6.cap.32.

g *Conueniri*. contra infra eod.l.eum.§. ſi iniuria. ſed ibi aliud in ſeruis: aliud in liberis. vel plene ibi dices. Item arg.contra ſupra de nego. geſt. l. item ſi cum. & ſupra de adquir. here. l. is qui putat. in eo quod hic non inſpicitur nec quod in opinione, nec quod in vero eſt omnino. Accurſius.

*cecidit.

h *Iniuriarum*.ex eodem facto.

i *Eandem rem*.id eſt eãdem cauſam: quia iam interuenirent quæ dicuntur ſupra de except. rei iudi.l. cum quæritur §.& an eadem. a

a] eſt.l.& non.§.

k *Ad damnum*. vt Aquilia.Accur.

l *Altera ad contumeliam*. vt iniuriarum. ſed ſi primo egit iniur. ciuiliter, poſtea non aget criminaliter: vt ſupra eod.l.prætor edixit.§.j. Item videtur huic.l. contra ſupra arbo. fur. cæ. l. ſi colonus. Solu. vt ibi. Item contra ſupra de act.& oblig. l. qui ſeruum. in princip. hæc ſecundum illam.Item contra.C.eod.l. dominum. ſed dico ibi loqui in actione legis Aquiliæ:& de ea dico eam continere damnum. Alij dixerunt de actione iniuriarum vt contineat damnum non principaliter, ſed ſecundario, ſicut ibi. ſed ſecundum eos non video quare ſi egit vna, non debeat repelli ſi agat alia: niſi dixerit hoc tunc eſſe cum noluit rationem damni haberi in actione iniuriarum. Item facit ad legem iſtam ſupra de priua.deli.l.ij. Sed arg. contra ſupra de adquir.here.l.illud dubitari.

m *Magis*. electiuè ponitur. b & hoc etiam niſi in contumeliam fructuarij facta ſit: vt.j.proxi.§.in fi.&.ſ.de vſufru.l. vſusfructus. quæ ſunt contra.& eſt ad hoc.ſ.ad leg.Aquil.l.item Mela.§. pen. &.§.fin.&.l.ſequen.&.l.ſi dominus.& inſti.eo.§. ſi communi ſeruo.verſi.quòd ſi vſusfructus.

b] Gl. eſt ſimilis.in l.2. §.1.ſ. ſi certũ pet.& in.l.in commdato. §.ſic.ſ.commo.

n *In meam contumeliam*.vt & inſti.eo.§. ſed ſi libero. & facit ſupra proxi.§.&.§.ſi quis ſic.Accurſius.

o *Dabimus*. ſi læſus eſt in eius contumeliam: ſi atrox ſit, etiam ſi nón ſit læſus in eius contumeliam: vt differat à fructuario.

A p *Si autem me*.poſſeſſorem.

q *Sed non eſſe æquum*. alias æquum: & hæc eſt bona. & aliàs iniquum: & tunc Pedius male dixit: & ideo corrigitur ſtatim.

exceſſerit: [a] teneri eum debere Labeo ait. Prætor [b] ait: *Si quid aliud factum* * *eſſe dicetur: cauſa cognita iudicium dabo*. Proinde ſi quidem verberatus ſit ſeruus, vel tormentis de eo quæſtio habita eſt: ſine cauſæ cognitione [c] iudicium in eum competit. Si verò aliam iniuriam paſſus ſit: non aliter competit, quàm ſi cauſa cognita. Itaque prætor non ex omni cauſa iniuriarum iudicium ſerui nomine promittet. Nam B ſi leuiter percuſſus ſit, vel maledictum ei leuiter, non dabit actionem. At ſi infamatus ſit vel facto aliquo, vel carmine ſcripto: puto cauſæ cognitionem prætoris porrigendam & ad ſerui qualitatem. Etenim multum intereſt qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, [d] † ordinarius, diſpenſator: an verò vulgaris, vel mediaſtinus: an qualisqualis. & quid ſi compeditus, vel male notus, vel notæ extremæ. Habebit igitur prætor rationem tam iniurię quę admiſſa dicitur, quàm perſonæ ſerui in quem admiſſa dicitur: & ſic aut permittet, aut denegabit actionem. Interdum C iniuria ſeruo facta ad dominum redundat, interdum non. Nam ſi pro libero ſe gerentem, aut cum eum alterius potius quàm meum exiſtimat quis, * non cæſurus [e] eum ſi meum ſciſſet: non poſſe eum, quaſi mihi iniuriam fecerit, [f] ſic conueniri, [g] Mela ſcribit. Si quis ſeruo verberato iniuriarum [h] egerit, deinde poſtea damni iniuriæ agat: Labeo ſcribit eandem rem [i] non eſſe: quia altera actio ad damnum [k] pertineret culpa datum: altera ad contumeliam. [l]

Si vſumfructum in ſeruo habeam, tu proprietatem: íſque verberatus ſit, vel quæſtio de eo habita: iniuriarum actio magis [m] proprietario quàm mihi competit. Idémque probatur & ſi ſeruum meum quem bona fide poſſidebam, cæcideris. domino enim magis competit iniuriarum actio. Item ſi liberum hominem, qui mihi bona fide ſeruiebat, quis cæciderit, diſtinguendum eſt: vt ſi in contumeliam pulſatus ſit, competat mihi iniuriarum actio. Idem ergo & in ſeruo alieno bona fide mihi ſeruienti: vt totiens admittamus iniuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam [n] iniuria ei facta ſit. Nam ipſius quidem ſerui nomine domino dabimus [o] iniuriarum actionem. Si autem me [p] tangat & pulſet iniuriarum mihi quoque eſt. Ergo & in fructuario idem diſtingui poteſt. Si ſeruum complurium cæcidero: competere iniuriarum actionem omnibus, plus quàm manifeſtum eſt.

### XVI. Pavlvs *libro quadrageſimoquinto ad Edictum.*

Sed nõ eſſe æquum, [q] pro maiore parte quàm pro qua dominus eſt, damnationem [r] fieri, Pedius ait: & ideo officio iudicis portiones [ſ] æſtimandæ erunt.

### XVII. Vlpianvs *libro quinquageſimoſeptimo ad Edictum.*

Sed ſi vnius permiſſu id fecero: ſi quidem ſolius eius eſſe putaui, nulli competit iniuriarum actio. Plané ſi ſcij plurium: ei quidem qui permiſit, non com-

r *Damnationem*. ſic & de leg.j. l. ſi ſeruus plurium. in princip. & de ſtipul. ſeruo.l.proinde. in princ. Sed contra inſtitu.eo.§. ſi communi. vbi dicit plus vnius iniuriam æſtimari quàm alterius, ſi nobilior vel dignior eſt. Solu. hic corrigitur: vel hic ſunt æque nobiles & boni. vel aliud cum ad ſuggillationẽ dominorum fit iniuria, hic non: ſed atrociter eſt ſeruus tractatus. Vel verius: hic non negat vnum plus pro ſua dimidia petere, quàm alter: cum ſi totus eſſet nobilioris, peteret.xx.nunc. petit.x.ſi econtra totus eſſet vilioris domini, peteret.x. nunc petit.v.Accur.

ſ *Portiones*.aliàs petitiones.

*Sed ſi vnius*.] Casvs. princip. huius ſatis declaratur in fine caſus præcedentis.[Servvs mevs.] Querela tua falſa, vel inſtigatione tua ſeruum meum poteſtas fecit flagellari.teneris hac act. ſed ſi eſt mortuꝰ ſeruus ob hoc: agam Aquil. contra te. [Qvædam.] Leuis iniuria facta à libero, leuiter punit᷑: à ſeruo autem facta, grauiter punitur. Secũdo dicit: pro iniuria facta à ſeruo, oritur paſſo actio iniuriarum noxalis: & eſt in electione domini ſerui, vel tradere ſeruum verberandum: vel dare ſeruum pro noxa: vel emẽdare iniuriam: & iudicis arbitrio imponetur modus verberum quando ſeruus traditur verberãdus. Tertio dicit: ſi exhibitus eſt ſeruus coram D iudice vt verberetur iudicis arbitrio pro iniuria quam fecerat: & verberatus eſt: amodo ſi paſſus iniuriam velit agere iniuriarum, non poterit. idem ſi iniuriam remiſiſſet nuda voluntate. Idem ſi tempore extincta ſit actio iniuriarum: vt his caſibus non poſſit eſſe iniuriarum actio. [Si iussv.] Seruus meus me iubente fecit tibi iniuriam: teneor act. iniuriarũ etiam meo nomine. ſeruus autem manumiſſus poſtea ipſe tenetur. non enim debebat domino parêre. vnde & ſi occidit hominem meo iuſſu: licet ſit poſtea manumiſſus, tamen tenetur. ſi tamen cauſa defendẽdi dominum ſeruus alicui iniuriam fecit: non tenetur factus liber, nec ego pro eo. [Si servvs.] Seruus in quo habebam vſumfructum, fecit mihi iniuriam: competit mihi actio iniuriarum noxalis contra proprietarium. ſecus ſi eſſet ſeruus communis mei & alterius: nam pro iniuria quam mihi facit, non habeo act. cum ſi extraneo feciſſet, teneret pro eo. [Ait prætor.] Ponitur edictum, cuius ſenſus eſt: facta iniuria alicui qui ſit in alterius poteſtate: ſi is qui habet eum in poteſtate, non ſit præſens: neque procurator aliquis exiſtat qui velit agere pro eo: ipſi paſſo iniuriam prætor permittit agere actio. iniuriarum cauſa cognita. Secundo

cundo loquitur Vl. facta iniuria filio Titij, & Titius ſit præſens, non poteſt tamen agere, quia furioſus eſt: vel alio iuſto impedimento: dicitur quòd iſte filius aget hac act. cum pater eius pro abſente ſit. Sed pone quòd Titius eſt ſanæ mentis, & præſens: non vult tamen agere iniuriarum: ſed remittit hanc actio. Dicitur quòd filius non poteſt agere. & redditur ratio: niſi perſona patris ſit vilis: perſona filij actoris habilis. nam hoc caſu remiſſio patris non nocet filio. Sed pone quòd pater cœpit agere, & lite conteſtata incipit abeſſe, vel negligit procedere, cum ſit vilis perſona: hoc caſu filius procedet in cauſa, etiam ſi non ſit emancipatus. Poſtea exponit verbum edicti: illud ſcilicet, neq; procurator, & cætera. ſcias enim ꝙ ſi ꝓcurator patris vult agere: filius non poſſit agere. ſi tamẽ ipſe procurator negligat aut colludat: tunc filius agere poteſt. & procuratorem intelligo etiã generalem. Poſtea exponit alia verba edicti, ſi cauſa cognita. nam inſpicitur ſi pater à longe abeſt, & ſi cito eſt reuerſurus, vt ſic expectetur. Item quæ perſona ſit filij: vt ſi non idonea ad agendum, vt ſic nõ admittatur. poſtea exponit alia verba edicti: ſcilicet, ei qui iniuriam accepit: & dicit quòd comprehendunt etiam patrem paſſi iniuriam. vbi facta eſt iniuria nepoti: & pater eſt præſens, auus abeſt: patri dabitur actio. Poſtea dicit: dictum eſt patre abſente filio dari act. plus dico, quòd & filius poteſt hoc caſu agere per procuratorem. Item ſi nepoti facta eſt iniuria, & non ſit auus præſens: pater paſſi iniuriam poterit agere per procuratorem. & ſubiicitur notabilis regula. Poſtea dicit, filius abſente patre egit iniuriarum actione. pater reuerſus nomine filij agere non poterit. Vltimo dicit: filio datur hæc actio, quotiens nemo agit pro patre. Idem eſt ſeruandum ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipatus: ſiue mortuus ſit pater, & filius ſit exheredatus: vel ex parte ſcriptus heres, & eam adiuit: ſiue abſtinuit ſe à paterna hereditate: nam ſemper his caſibus filio prædicto paſſo iniuriam, datur hæc actio. Franc.

A

petit iniuriarum actio, [a] cæteris competit. Si iuſſu tutoris aut procuratoris [b] vel curatoris quæſtio habita ſit: conſequens erit dicere, ceſſare [c] iniuriarum actionem. Seruus meus opera vel querela [d] tua flagellis cæſus eſt à magiſtratu noſtro. Mela putat dandam mihi iniuriarum aduerſus te, in quantum [e] ob eam rem æquum iudici videbitur. Et ſi ſeruus deceſſerit, dominum eius agere poſſe [f] Labeo ait: quia in damno quod per iniuriam factum eſt, agatur. & ita Trebatio placuit. Quædam iniuriæ à liberis hominibus factæ, leuis nonnullius momenti videntur: [g] enimuero [h] à ſeruis, graues ſunt. Creſcit enim contumelia ex perſona eius qui contumeliam fecit. Cum ſeruus iniuriam facit, maleficium eum admittere palam eſt. meritò igitur ſicut ex cæteris delictis, ita & ex hoc iniuriarum noxalis actio datur. [i] Sed in arbitrio [k] domini eſt, an velit eum verberandum exhibere, vt ita ſatiſfiat ei qui iniuriam paſſus eſt.

B

Neque erit neceſſe domino vtique eum verberandum præſtare: [l] ſed dabitur ei facultas [m] præſtare eum ſeruum verberandũ: aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat, [n] noxæ dedendum, vel litis æſtimationem ſufferendam. [o] Ait prætor: *Arbitratu iudicis*. vtique quaſi [p] viri boni: vt ille modum verberum [q] imponat. Si ante iudicem dominus verberandum ſeruum exhibuerit, vt ſatis verberibus ei fieret, & erit factum arbitratu alicuius: [r] poſtea actor agere iniuriarum perſeuerat: non eſt audiendus. Qui enim accepit ſatisfactionem, iniuriam ſuam remiſit. [ſ] Nam & ſi nuda voluntate [t] iniuriam remiſit, indubitatè dicendum eſt extingui iniuriarum actionem: non minus quàm ſi tempore [u] abolita fuerit iniuria. Si iuſſu domini ſeruus iniuriam fecerit: vtique dominus conueniri poterit etiam ſuo nomine. [x] Sed ſi proponatur ſeruus manumiſſus, placet Labeoni dandam in eum actionem: quia & noxa caput [y] ſequitur, nec in omnia ſeruus domino parêre debet. Cæterùm [z] & ſi occiderit iuſſu domini: Cornelia eum eximemus. [a] Planè ſi defendendi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare apparet: [b] ínque eam rem aduerſus agentem exceptio obiicienda erit. Si ſeruus in quo vſuſfructus meus eſt, iniuriam mihi fecerit: aduerſus dominum noxali iudicio experiri potero: [c] neque debeo deterioris conditionis [d] ob hoc eſſe, quòd vſumfructum in eo habeo, quàm ſi non haberem: aliter atque ſi ſeruus communis eſſet. tunc enim nõ daremus ſocio actionem, eapropter, quia & ipſe iniuriarum actione

C

[f] *Agere poſſe*. actione. l. Aquiliæ: vt probat ſequens litera: quia &c. nõ autem in actione iniuriarum venit damnum: vt ſupra eo. l. item apud. §. ſi quis ſeruo. & competunt etiam ſeruo mortuo: vt & ſupra de actio. & obliga. l. quæcunque. & facit ſupra eo. l. item §. feciſſe. &. C. de accu. l. non ideo. & ſupra de condictio. ob cauſam. l. penult.

[g] *Videntur*. & ita modicè coërcendæ.

[h] *Enimuero*. aliàs tamẽ eædẽ. & aliàs enimuero. & facit ſupra eod. l. prætor. §. atrocem. &. l. item apud Labeonẽ. §. quod ait prætor. &. §. prætor ait ſi quid. &. C. de epi. & cleri. ſi quis in hoc. & de liber. & eorũ libe. l. ij. Item facit ſupra ſoluto. matrimo. l. ſi cũ dotem. §. eo autẽ tempore. & infra. e. l. §. filiofam. verſi. interdum tamen. &. §. quod autem ait. & ſupra ſi ex noxa. cau. agatur. l. ſi ſeruum. Accurſius.

[i] *Actio datur*. vt & inſtitut. de noxa. in princ. &. §. ſunt autem. in actione autem de dolo diſtinguitur: vt & ſupra de dolo. l. ſi oleum. §. hæc de dolo actio. Accurſius.

[k] *Sed in arbitrio*. actore ſcilicet pro vindicta poſtulante, ſecũdum Bartolum.

[l] *Præſtare*. vt iniuriam paſſus habeat ſeruum apud ſe. ſic & in Lombarda de libero homine exhi. l. ſi ſeruus cum voluntate. &. l. ſi quis liber homo. Accurſius.

[m] *Facultas*. iniuriam paſſo hoc poſtulante. Accurſius.

[n] *Satis non fiat*. amittit ergo electionem propter morã: vt ſupra de pecu. le. l. j. in fin. Accurſius.

[o] *Sufferendam*. alternatiua eſt ergo ſententia: vt inſti. de offi. iudi. in prin. &. ꝟ. de re iud. l. miles. §. decem. & de cõfeſ. l. certum. §. j. & facit. ꝟ. de mino. l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. &. ꝟ. de iur. om. iudi. l. ſi quis. §. in ſeruos. & de his qui deiec. vel effu. l. j. §. cum ſeruus. & ſupra ſi ex noxa. cau. agatur. l. ſi ſeruum.

[p] *Quaſi*. aſſertio veritatis eſt: [a] nã iudex bonus vir dicitur: vt hic, &. ꝟ. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. & in hoc facit. ꝟ. pro ſocio. l. in propoſita. & de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſic fidei.

a] Adde glo. ſi cõcor. i. l. l. de tranſ. & & in. l. Lucius Titius. in. l. cum in hãc. de re. credi. & in l. ſi verò ante. ꝟ. ſo luto matri.

D

[q] *Verberum*. cum verberandus traditur ex cauſa quę. ꝟ. prox. §. dicitur. & hoc edictum non habemus cui hoc adiungitur.

[r] *Alicuius*. vtputa iudicis, vt. ꝟ. proxi. §.

[ſ] *Remiſit*. ſic. ꝟ. de admi. tu. l. ſi pupillus alterum.

[t] *Nuda voluntate*. vt per abolitionem: vt inſtit. eo. in fine. & ſupra eodem. l. non ſolum. §. j.

[u] *Si tempore*. anni: vt. C. eo. l. ſi non conuicij.

[x] *Suo nomine*. ſcilicet domini. Accurſius.

[y] *Noxa caput*. vt inſti. de noxa. §. omnis.

[z] *Cæterum*. id eſt ſi noxa caput non ſequatur.

[a] *Eximemus*. reſpon. nõ: & ſic interrogatiuè legẽ. & ad hoc ſupra de noxa. l. ij. & quod vi aut clam. is qui. §. ſi tutoris. & de act. & oblig. l. ſeruus non in. & infra de regu. iur. l. ad ea. &. C. ad leg. Iul. de vi. ſeruos.

[b] *Apparet*. vt non teneatur: vt ſupra ad Sil. l. cum dominus occiditur. & ar. de bo. lib. qui cum maior. §. ſi patris.

[c] *Experiri potero*. ſic. ꝟ. de noxa. l. qui vſumfructum.

[d] *Conditionis*. ſic. ꝟ. de capti. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ibi, turſus cum conſtitutio &c. Accurſius.

[a] *Iniuriarum actio*. quia non ſit iniuria volenti: vt ſupra eod. l. j. §. vſque. & infra. §. proxi. & argu. ſupra ſoluto matrimonio. l. cum mulier. & ſupra commo. l. ſi vt certo. §. plane ſi ſic. & ad hoc ſupra de ſer. ruſti. prædio. l. per fundum. & de leg. ij. cum pater. §. libertis. & manda. l. ſi præcedente. in fine. & de ope. noui nuntia. l. de pupillo. §. ſi plurium. & quorum lega. l. j. §. ſi alter. & de ſepara. l. j. §. quæſitum. & ad ſenatuſconſul. Sila. l. fina. Accurſius.

[b] *Aut procuratoris*. habentis generalem liberam adminiſtrationem. Accurſius.

[c] *Ceſſare*. facit hic tutor ne pupillo quæratur actio: vt & aliàs C. de adminiſtra. tuto. l. pupillorum. non vt quæſita pereat: vt ſupra de adminiſtra. tuto. l. Lucius. in fin. & ſupra de fur. l. tutor. quæ ſunt argu. contra. & facit ſupra quod vi aut clam. l. aut. §. ſimiliter. Accurſius.

[d] *Vel querela*. ſcilicet falſa. Accurſius.

[e] *In quantum*. facit inſti. eo. §. pœna.

a *Tenetur*. ſi extraneo fecit iniuriam. & eſt bona ratio: vt &. ſ. de noxa. l. cũ ſeruus cõmunis. in princ. & ad. l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. j. &. ſ. de fur. l. ſi ſeruus cõmunis. in princ. & l. apud antiquos. & ſ. fami. er. l. & puto. §. fi. & ar. ſ. de neg. geſt. l. ſiue hereditaria.

b *Ait prætor*. plene ſubſequenter hæc verba exponuntur.

c *Filiofamilias*. datiui caſus.

d *Abſentis loco eſt*. vt & ſupra de iure codi. l. ij. §. furioſus. ſed contra ſupra de procu. l. ij. §. j. ſed expone vt ibi. & facit ſupra ſolu. ma. l. ſi cum dotem. §. ſi ſoluto. & de in ius vocã. l. ſi libertus. & de act. & obli. l. filiusfa. &. j. eod. l. ſeruo. §. filio. & ſupra de iudic. l. ſi lõgius. §. j. & de procur. filiusfamil. & l. non ſolum. §. ſi pater. Item facit ad hoc vt pater iniuriam filij remittat infra ad. l. Iul. de vi. qui cœtu. §. fi. & ſupra ad Sil. l. diuus. & C. de reuo. do. l. fi. & in auth. de iureiur. à mo. §. j. col. v.

e *Filio actio*. ſecus in filio qui in patris præiudicium non remittit: vt ſupra de pact. l. in perſonã. item ſecus in bo. poſ. quam pater non remittit in præiudicium filij: vt. C. de repu. bo. poſſ. l. ij. Item hæc vera etiam ſi ex lege Cor. actio iniuriarũ oriatur, ſecundum H. alij contra ſupra eod. titu. l. lex Cornelia. §. illud. &. §. ſeq. Item ſecus in querela inoffi. teſta. vt. ſ. de inoffic. teſta. l. Papi. in princ. ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quòd ibi erat iniuria ſoli filio, quæ non tranſibat ad patrem: ideo per patrem non poteſt remitti. vide circa hunc. §. quod not. per glo. in. l. in perſonam. ſ. de pact. & per Inno. extra de ſenten. excommu. c. nõ dubium.

tenetur. [a] Ait prætor: [b] *Si ei qui in alterius poteſtate erit, iniuria facta eſſe dicetur: & neque is cuius in poteſtate eſt, præſens erit: neque procurator quiſquam exiſtat qui eo nomine agat: cauſa cognita, ipſi qui iniuriam accepiſſe dicetur, iudicium dabo.*

Filiofamilias [c] iniuriam paſſo, ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſſit propter furorem, vel quem alium caſum dementiæ: puto competere iniuriarum actionem. nam & hic pater eius abſentis loco eſt. [d] **B** Planè ſi præſens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat iniuriam: magis eſt vt filio actio [e] non detur. nam & cum abeſt, idcirco datur filio actio, quia veriſimile eſt, patrem, ſi præſens fuiſſet, acturum [f] fuiſſe. Interdum tamen putamus & ſi pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam: vtputa ſi patris perſona vilis abiectáque ſit, filij honeſta. Neque enim debet pater viliſſimus, filij ſui contumeliam ad ſuam vilitatem [g] metiri. Ponamus eſſe eum patrem, cui iure meritóque curator à prætore conſtitueretur. **C** Sed ſi pater lite conteſtata cœperit abeſſe, [h] vel etiam neglegere executionem pater vilis: dicendum eſt cauſa cognita [i] tranſlationem filio competere. Idem & ſi emancipatus [k] filius eſſe proponatur. Procuratorem patris prætulit prætor ipſis perſonis quæ iniuriam paſſæ ſunt. Si tamen procurator aut neglegat, aut colludat, aut non ſufficiat [l] aduerſus perſonas quæ iniuriam fecerunt: ipſi potius qui paſſus eſt iniuriam, actio iniuriarum competit. Procuratorem [m] autem† accipere debemus, non vtique [n] eum cui ſpecialiter mandata eſt procuratio actionis iniuriarum: **D** verùm ſufficit eum eſſe cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt. Quod autem ait prætor, cauſa cognita ipſi qui iniuriam accepiſſe dicetur, iudicium permitti: ita accipiendum eſt, vt in cognitione cauſæ hoc verſetur, quàm longè pater abſit, & quando ſuperuenturus: [o] & numquid is qui [p] iniuriarum vult actioné mouere, ſegnitior,* vel inutilis admodum, [q] † qui non ſufficiat ad rei alicuius adminiſtrationé, ac per hoc nec ad actionem. [r] Quod deinde* ait, [ſ] *Qui iniuriam accepit*: interdum ita accipiendum eſt, vt patri eius competat actio: vtputa nepoti facta iniuria eſt: pater præſens eſt: auus abeſt. ſcribit Iulianus, patri potius [t] dandam iniuriarum actionem, quàm ipſi nepoti: ad cuius, inquit, officium pertinet etiam viuente auo filium ſuum in omnibus tueri. Idem Iulianus ſcribit, filium non tantùm ipſum agere debere, [u] verum procuratorem dare poſſe. Alioquin, inquit, niſi ei permiſerimus procuratorem dare, futurum eſt, vt ſi valetudine impediatur, neque ſit qui iniuriarum actionem exequatur: impediatur actio. Idem ait & ſi nepoti facta ſit iniuria, & nemo ſit qui aui nomine agat, permittendum eſſe patri experiri: & is procuratorem dabit. omnibus enim qui ſuo nomine actioné habent, procuratoris dandi eſſe poteſtatem. [x] Intellegi autem filium inquit familias ſuo nomine [y] agere, cum patre ceſſante prætor ei agere permittit. Si filiusfamilias iniuriarum egerit, [z] patri actio [a] non competit.

**Filiofamil. datur actio iniuriarum exiſtenti in patris poteſtate, & etiam emancipato: vel aliàs liberato à patria poteſtate. Bart.**

Idem ait filiofamilias iniuriarum nomine actionem dari, quotiens nemo eſt qui patris nomine experiatur: & hoc caſu [b] quaſi patremfamiliæ conſtitui. Quare ſiue emancipatus ſit, ſiue ex parte heres ſcriptus fuerit, vel etiam exheredatus, ſiue paterna hereditate abſtinuerit, executionem litis ei dandam. Eſſe enim per abſurdum, quem prætor manente patria poteſtate ad actionem admittendum probauerit, ei patrifamilias vltionem iniu-

f *Acturum*. facit. ſ. de verb. obl. l. cõtinuus. §. cum ita ſtipu. in fi. Sed argu. contra. ſ. ſolu. ma. l. ij. §. voluntate.

g *Vilitatem*. aliàs vilitatem: aliàs vtilitatem. & ad hoc ſupra ſol. matrimo. l. ſi cũm doté. §. eo autem tempore.

h *Abeſſe*. nec ſit procurator patris qui agat.

i *Cauſa cognita*. hoc expone vt. j. eod. §. quod autem. & facit. j. e. l. §. idem ait filio. Accur.

k *Si emancipatus*. poſt litem conteſt. à patre: in poteſtate tamen erat cum ſibi facta fuit iniuria. alioquin ſine diſtinctione ageret. & facit ad hanc tranſlationem. C. de rei vxo. ac. l. j. §. videamus. & ſupra de vſufruct. l. ſed & ſi quis. [a] §. ſi operas. &. C. communia de le. l. fin. §. j. ibi, ſancimus itaque &c. & de leg. j. l. cum res. & infra de ſepulc. vio. l. iij. §. non perpetuæ. & infra ea. l. §. fin. & ſupra de iudiciis. l. tam ex contractibus. ſed an de nouo incipiat agere filius, an procedet in inſtantia patris? dic quòd in prima inſtantia **A** procedet: vt argu. d. l. tam ex contractibus. de rei vxo. acti. de calumnia tamen iurabit filius: vt. C. de iureiur. propter calum. dan. auth. principales.

l *Non ſufficiat*. vel quia non poteſt probare mandatum, vel quia pauper. argu. ſ. man. l. ſi procuratoré. §. ſi ignorãtes. Vel quia aliàs habet tot adminiſtrare, vt huic non poſſit ſuperſedere. ar. ſupra de procu. l. ſi filiusfamil. §. j. & l. ſeq. vel forte propter potétiam aduerſarij. argumen. ſ. de ali. iudi. l. iij. in princip. vel quia neſcit talia facere, quia eſt ſimplex: vt infra eo. §. quod autem ait.

m *Procuratoré*. fa. ſupra de ſolu. l. vero. &. ſ. de adminiſt. tuto. l. ſi duo. in fine. & ſupra de pac. l. nam. ſed argu. contra ſupra de procurato. l. Pomponius. in prin. cũ ſuis concor.

n *Non vtique*. ſ. tãtum.

o *Superuenturus*. ſit: vt ſ. de iudi. l. ſi longius. in princip.

p *Is qui*. ſcilicet filius,

q *Admodum*. i. valde.

r *Ad actionem*. intentandam.

ſ *Quod deinde ait*. ei daturum actionem. Acc.

t *Patri potius*. vt procuratori aui. & facit ſupra de procuratorib. l. filius.

u *Agere debere*. quãdo ipſe accepit iniuriam: vt ſupra de actio. & oblig. l. filius. Accurſius.

x *Poteſtatem*. ad hoc ſupra de procur. l. j. §. vſus. & C. de procur. l. j. §. finali. & ſupra familię erciſcun. l. plane. & ſupra eo. l. non ſolum. §. agere. quãdoque etiam eſt neceſſe per procuratorem agere: vt. C. de procurato. l. penult. quandoque etiã non poteſt, etiam ſi vult: vt in criminalibus: vt infra de publi. iudi. l. penult. §. ad crimen. niſi quandoque in crimine iniuriarum: vt. C. de iniur. l. fi. extra iudicium autem conſtat quemlibet poſſe ordinare procuratorem in ſua re: vt ſupra de procuratoribus. l. j. in princ. Accurſius.

y *Suo nomine*. ergo hoc caſu de calumnia iurabit, cum legitimam habeat adminiſtrationé: vt. C. de iureiur. prop. calum. dan. l. ij. §. quod obſeruari.

z *Egerit*. & exegerit. Idem tamen videtur & ſi non egerit in caſu licito. Accurſius.

a *Patri actio*. volenti agere poſt de iniuria filij nomine, actione iam intentata per filium: at ſuo poteſt: vt ſupra. eo. l. j. §. fi. & infra eo. l. pater. Accurſius.

b *Hoc caſu*. facit ſupra ea. l. §. filio. Accurſius. Floren.

† Iſte tex. eſt valde not. & ſing. ad hoc quòd queádmodũ procurator cõſtitutus ad negotiũ ſiue negotia, poteſt per cõſequentiã etiam deducere rem in iudiciũ: per glo. no. in. l. cum minor. ſ. rem ra. ha. ita etiã conſtitutus hoc modo, cõſtituo te procuratoré rerũ mearũ. nam videtur conſtitutus ad recuperãda & exigẽda nomina debitorum. Bol. al. l. adhuc.

* ſegnior. fortè ſequor.

† admod. ſit, & qui.

* Scribentes hic maxime Bart. dicunt hũc text. no. ad hoc quòd nepos debet ali à patre ſuo, nõ autẽ ab auo: & hoc dũ dicit tex. in oĩbus tueri. Bolog.

Ad

a *Ad heredes patris*.cum forte pater iam nomine filij eſſet lit.cõteſt.ſecundum R.& fa.ſ.de ope.liber.l.ſi operarum.& Co. de rei vxo.actio.§.videamus.&.§.& hoc.Item facit.ſ.ſoluto matrimonio.l.ſi marito.§.ſi voluntate.& C.de vſufru.l.fi.Accur.

conſenſus duorum:quod hic non eſt.

A i *Cũ aliquis filiuſf*.ex parte ſuppoſiti,patrẽfa.ex parte appoſiti.Ac.

k *Putat*.i.credit patremfam.qui filiusfami.eſt.Accur.

l *In perſonam eorum*.ſcilicet parentum.

m *Affectus*.qui inſpicitur:vt.ſ.eo.l.illud.in prin.

riarum ſuarum eripi, & transferri ad patrem, qui eum, quantum in ipſo eſt, omiſerit: aut quod eſt indignius, ad heredes patris, a ad quos non pertinere iniuriam filiofamilias factam procul dubio eſt.

XVIII. PAVLVS *libro quinquageſimoquinto ad Edictum.*

Eum qui nocentem infamauit, b non eſſe bonũ & æquũ ob eam rem condemnari. Peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere & expedire. Si ſeruus ſeruo fecerit iniuriam: perinde agendum c quaſi ſi domino feciſſet. Si nupta filiafamilias iniuriam acceperit, & vir & pater iniuriarum d agant. Pomponius rectè putat, tanti patri cõdemnandum eſſe reum, quanti cõdemnaretur ſi ea vidua eſſet: viro tanti, quanti condemnaretur ſi ea in nullius poteſtate eſſet: quòd ſua cuiuſque iniuria propriam æſtimationem haberet. Et ideo ſi nupta in nullius poteſtate ſit: non ideo minus eam iniuriarum agere poſſe, quòd e & vir in ſuo nomine f agat. C

Quando iniuria infertur in aliquem principaliter, veritas inſpicitur potius quàm opinio: & cum infertur in aliquẽ per conſequentiam, inſpicitur opinio potius quàm veritas. Bar.

Si iniuria mihi fiat ab eo cui ſim ignotus, aut ſi quis putet me Lucium Titium eſſe, cum ſim Gaius Seius: præualet quod principale eſt, iniuriam eum mihi facere velle. nam certus ego ſum, g licet ille putet me h alium eſſe quàm ſum: & ideo iniuriarum habeo. At cum aliquis filiumfamilias i patremfamilias putat, k non poteſt videri iniuriam patri facere: non magis quàm viro, ſi mulierem viduam eſſe credat: quia neque in perſonam eorum l confertur iniuria: nec transferri per perſonę putationem ex perſona filiorum ad eos poteſt: cum affectus m iniuriam facientis in hũc tanquam in patremfamilias conſiſtat. quòd ſi ſciſſet n filiumfamilias eſſe, tamen ſi neſciſſet cuius filius eſſet, dicerem, inquit, patrẽ ſuo nomine iniuriarũ agere poſſe: nec minus virum, o ſi ille nuptam eſſe ſciret. p Nam qui hæc non ignorat: cuicumque patri, cuicumque marito, per filium, per vxorem † vult facere iniuriam. B

XIX. GAIVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum prouinciale.*

Si creditor meus cui paratus ſum ſoluere, in iniuriã meam fideiuſſores meos interpellauerit: iniuriarum tenetur. q

XX. MODESTINVS *libro duodecimo Reſponſorum.*

Si iniuriæ faciendæ gratia Seia domum abſentis debitoris ſignaſſet ſine auctoritate eius qui concedendi ius poteſtatẽmve habuit: iniuriarum actionem intendi poſſe reſpondit. r

XXI. IAVOLENVS *libro nono Epiſtularum.*

Iniuriarum æſtimatio ſ * nõ ad id tẽpus quo iudicatur, ſed ad id quo facta eſt, referri debet.

XXII. VLPIANVS *libro primo ad Edictum prætoris.*

Si liber pro fugitiuo adprehẽſus t erit, iniuriarum cum eo agit. u

*Eum qui nocentem.*] CASVS. Dixi de aliquo multa mala: & erãt vera: nõ teneor hac actione: & redditur ratio in litera. Secũdo dicit: ſeruus tuus fecit iniuriã ſeruo meo. habeo hãc actionẽ perinde ac ſi mihi feciſſet iniuriã. quod expone vt in glo. dñi mei Accur. Tertio: filiã tuã duxi in vxorẽ: facta eſt ei iniuria. dicit ꝙ oritur actio patri, itẽ mihi viro: & in quãtũ, dicit. ſi autẽ erat ſui iuris, & ego agam, & ipſa: nec vna tollit per alteram. Quarto dicit: quidã me nõ cognoſcẽs fecit mihi iniuriam. bene tenetur. idẽ ſi credebat me eſſe aliũ. nam & hoc caſu mihi tenetur hac actione. ſi autẽ qui facit mihi iniuriã, credit me eſſe patrẽfam. hoc caſu nõ videtur fieri iniuria viro: ſecus ſi faciens iniuriã ſciat me filiũ eſſe: licet ignoret cuius: vel ſciat Bertã nuptam, nec ſciat cui. nã his caſibus fit iniuria patri: item viro: & eis competit hæc actio. Fran.

b *Infamauit*. Nõ tamẽ libello famoſo: vt C.de famo. libel.l.j. Itẽ hoc ſiue in iudicio agendo iniuriarũ, ſiue alio modo, etiã extra ius: vt pater generali ratiõe: peccata enim &c.& ad hoc C.eo.l.ſi non es. &.l.ſi nõ cõuicij.&.l. pen. & ſ.ad Sila.l.lege.& C.de offic. rector.prouinc. l. iuſtiſſimos.& in decretis.ij.quæſt.j.ſi peccauerit.Accur.

c *Perinde agendũ*. & ita iniuriarũ naſcit actio: ſed nõ in tantũ: vt.ſ.eo. l.prætor.§.pen. &. ſ.de peric.& com. rei ven.l. cuſtodiam. & facit.ſ.e. l.item apud.§. ait prætor. ſic econtra maior dicitur quæ à ſeruo fit: vt.ſ.l.proxi.§.quædam.Accur. D

d *Iniuriarũ*.vt.ſ.eo.l.j.in fin.& C.e.l.ij.& inſt.eo.§.patitur. Acc.

e *Quòd*.id eſt quia.

f *Nomine*.ſ.viri, id eſt pro iniuria quæ videtur viro fieri, cum eius vxori fiat.

g *Certus ego ſum*.& ſic non ob.ſ.eo.l.item apud.§.cui.vbi dicitur incertæ perſonæ non fieri iniuriam.

h *Putet me*.ad.§.iſtum facit. ſ. quod vi aut clam. l. aut qui.§. ſi quis dum.& ad.l. Aquil.ſcientiam.§.qui cum aliter.& de fur.l.falſus.§.qui alienũ. & de neg.geſt.item ſi cum putaui.§.fin.& de ſer. cor.doli.&.j.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.ſi liber.&.j.proxi.§.in fi. ſed contra.j.proxi.§.in prin. Sed ibi extra perſonã patientis producitur: & ſic duo contra propoſitum inferentis: quod nõ poteſt eſſe: & ſic etiam poteſt tolli aliud cõtra.ſ.eodem.l. item apud. §. interdum. item non obſtat.ſ.eodem.l.illud. §. fina. quia ibi non habuit animum inferendi iniuriam alicui. & eodem modo reſpõdeo ad.l.ſi cum ſeruo.ſ.eo. Item facit arg.contra.ſ.qui.ex cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.quod ſi aduerſus.& C.de heredi.inſti.l.ſi pater.&.ſ.de iuriſdi.omn.iud.ſi per errorem. ſed in hoc exigebatur

n *Sciſſet*. mutat caſum. & ſicut hic ſubiicit, loquitur. ſ.eo.l.j. in prin. &.§.ſiue autem.

o *Virum*. poſſe agere.

p *Sciret*. licet ignoret cuius eſſet. aliud eſt in ſeruo. nam ſi fiat iniuria ab ignorante, cum eſſet nõ facturus ſi dominũ cognouiſſet, non tenetur: vt in contrario.ſ.eod. l. item apud. §. interdum. Vel dic ꝙ licet non crederet eius filium vel vxorem: tamen animus eius erat, vt cuiuſcunque eſſet filius, vel vxor, idem facturus eſſet: vt ſubiicit. ſecus ſi nullo modo feciſſet ſi Titij puta filium vel vxorẽ cognouiſſet eſſe: vt ibi. poteſt tamen tunc agi filij vxoríſve nomine: argu. ſ.eo.l.itẽ apud.§.ſi quis ſic.& facit ſupra ad Maced. ſed Iulianus. §. itẽ ſi duos.

*Si creditor.*] CASVS. Creditor meus cum vellem ei ſoluere, interpellauit fideiuſſores meos cauſa me iniuriãdi. Dicitur ꝙ habeo hanc actionem contra eum. Fran.

q *Tenetur*. ſ. qui ſatiſda.cog.l. ſi verò pro. §. qui pro. Accur.

*Si iniuriæ.*] CASVS. Domũ debitoris abſentis in iniuriam eius ſignaui quaſi debitoris mei, ſine auctoritate ei9 qui poteſt hoc cõcedere. dicitur quòd teneor hac actione. Fran.

r *Poſſe reſpondit*. & facit ſ.de fur. qui vas.in prĩ. &.§.fi.&.l. qui iniuriæ. & C. vt nemini lice. ſi. iudi. auct. ſig. impo.l.j. &.ij.&.j.de pœnis. l.ij. &.j.de regu.iur.l. nemo de domo. & C. ad.l.Iul.de vi publi.l.in poſſeſſionem.&.l.is qui in domum.j.eo.

ſ *Iniuriarum æſtimatio*.aliàs actio: aliàs æſtimatio.& dic referri ad tempus illatæ iniuriæ, cum forte poſtea ſit facta vilior perſona, vel econtra honeſtior: & fiet hæc æſtimatio per ſacramentum agentis: qui iuret quòd tantum de ſuo potius amiſiſſet, quàm hãc iniuriam eſſet paſſus: & non ſe paſſurum iniuriam pro tanto, vel nolle eſſe tantum lucratum. arg.j.de pœnis.l.penul. & ſic intelligitur inſti.eo.§.pœna. ſed cum hæc actio deſcendat ex lege Corne. non iniuriam paſſus. ſed iudex æſtimat: vt.j.eo.l. conſtitutionibus.§.fin.& eſt ſic ad legem.ſ.ſi quis cau.l.qui autem.§.illud.& ſ.ſi tabu.teſta.extra.l.j.in fin.& de eden.vbi.§.j.& de ſer.cor. doli. §.fi. Sed arg.contra.ſ.man.l.ſi procuratorem.§.mandati.&.j. de iure fiſ.l.iij.§.diui fratres.

*Si liber.*] CASVS. Cepi liberum hominem, ſciẽs eum liberum, quaſi fugitiuum ſeruum meum: teneor ei hac actione. Fran.

t *Apprehenſus*.à ſciente liberum, & cauſa inferendæ iniuriæ: ne obſit.ſ.eo.l.illud.§.ſi quis. at ſeruum fugitiuum capere licet: vt ſ.de ſer.fu.l.j.§.vnuſquiſque.

u *Agit*.apprehenſus.Accur.

Hor.2.ſermon. Si quis opprobriis dignũ latrauerit integer ipſe. Soluentur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

† Adde an iniuriã filio illatam pater remittere poſſit: vide in.l. ſed ſi vnius.§.filius fa.ſ.eo. gl.& Bar.in.l.in perſonam. ſupra de pact. vbi quod ſi in iniſi ſit illata p cõiunctam perſonam l. Lucius. ſecũdum Bar. ſ. ſol.ma.& Alexan. in præalle.§.filius fami.

* Quãti per legem.12. Tab.æſtimarẽtur iniurię, declarat Aulus Gell.lib. 20. Noc.Atti. cap.1.

ff. Nouum.

I *S qui in domum.*] CASVS. Qui domum alienam inuito domino domus intrat: licet intret cauſa vocandi eum in ius, actione iniuriarum tenet ur. Fran.

a *Is qui in domum.* vt & .ſ. de in ius vocan. l. plerique. & in auth. vt defun. ſeu fune. §. j. col. v. & .ſ. de fur. l. vulgaris. §. qui furti. & .ȷ. de regu. iur. l. nemo de domo. & .ſ. eo. l. ſi iniuriæ.

* Is qui in.

S *I quis.*] CASVS. Si quis prohibet me vedere ſeruum meum: iniuriarum actione tenetur. Fran.

b *Experiri poteſt.* vt ſupra eo. l. iniuriarum. §. pe. & §. fin.

S *I ſtuprum.*] CASVS. Stuprasti ancillam meam. teneris mihi hac actione. ſi autem ſeruũ meũ celaſti: furti teneris. ſi autẽ ancillã meã nondũ viripotentẽ ſtupraſti, teneris etiam actione legis Aqui. Fran.

c *Etiam furti.* cum non erat meretrix: aliàs ceſſat furti: vt. ſ. de furtis. l. verũ. & .l. fullo. j. §. qui ancillam. quæ ſunt contra. & facit. ſ. e. l. ſed eſt quæſtionis. §. fi. & .ȷ. de adulte. l. inter liberas. in principio.

d *Actionem.* ſed ſi matura, ceſſat Aquil. vt. ſ. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi oliuam. Accurſius.

S *I quis ſeruum.*] CASVS. Seruum meũ vel filium meum ludibrio habuiſti, vt ſi in popinam eum poſuiſti, ſi malã ducere eum feciſti vitam: licet ipſe filius his cõſentiret: ſi tamen animo mihi iniuriandi hoc feciſti, teneris mihi hac actione. ſi autẽ ignorabas eam ſeruum, & ei perſuaſiſti hoc: ſerui corrupti accuſatione teneris mihi. Fran.

† Quid emendant vbicumque.

XXIII. PAVLVS *libro quarto ad Edictum.*

QVi* in domum[a] alienam inuito domino introiret, quãuis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere Ofilius ait.

XXIIII. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Edictum prætoris.*

SI quis proprium ſeruũ diſtrahere prohibetur à quolibet, iniuriarum experiri poteſt.[b]

XXV. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum.*

SI ſtuprum ſerua paſſa ſit: iniuriarum actio dño dabitur. aut ſi celauit mancipiũ, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti:[c] vel ſi virginem immaturam ſtuprauerit, etiam legis Aquiliæ actionem[d] competere quidam putant.

XXVI. PAVLVS *libro nonodecimo ad Edictum.*

SI quis ſeruum meum vel filium ludibrio habeat, licet conſentientem:[e] tamen ego iniuriam videor accipere: veluti ſi in popinam duxerit illum, ſi aleã luſerit.[f] Sed hoc vtcumque[g] † tunc locum habere poteſt, quotiens ille qui ſuadet, animum iniuriæ faciendæ habet. Atquin poteſt malum conſilium dare & qui dominum ignoret: & ideo incipit ſerui corrupti actio neceſſaria eſſe.[h]

XXVII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

SI ſtatua* patris tui in monumento[i] poſita ſaxis[k] cæſa eſt: ſepulchri violati agi non poſſe, iniuriarum poſſe Labeo ſcribit.

XXVIII. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

INiuriarum actio in bonis noſtris[l] non computatur antequam litem conteſtemur.

XXIX. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI ſeruum cuius nomine iniuriarum actio tibi cõpetit, manumiſeris, aut alienaueris: ſupereſt tibi iniuriarum actio.[m]

XXX. VLPIANVS *libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.*

SEruo[n] autem manumiſſo nõ competere actionem ob iniuriam quam in ſeruitute paſſus eſt, quis dubitet?[o] Si filio[p] iniuria facta ſit: cum vtrique tam filio quàm patri adquiſita actio ſit, non eadem vtique facienda æſtimatio eſt.

XXXI. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

CVm poſſit propter filij dignitatem maior ipſi quàm patri iniuria facta eſſe.

XXXII. VLPIANVS *libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.*

NEc magiſtratibus licet † aliquid iniurioſè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magiſtratus, vel quaſi priuatus, vel fiducia magiſtratus: iniuriarũ poteſt conueniri. Sed vtrum poſito magiſtratu, an verò & quãdiu eſt in magiſtratu? Sed verius eſt, ſi is magiſtrat⁹ eſt qui ſine fraude[q] in ius vocari non poteſt: expectandum eſſe quoad magiſtratu

A vt. ſ. de colla. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus. & facit ſupra eo. l. iniuriarum actio. in prin. & .ſ. eo. l. itẽ apud. §. ſi quis aſtrologus. verſi. iniuriarum & de verbo. ſignifi. l. ſi cui. §. j. & de popu. actio. l. pe. & .ſ. ſi quis cau. l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. & de his qui deiic. vel effu. l. ſi vero. §. hęc autem. & .ſ. ad. l. Fal. pœnales. in prin. & de lega. j. l. ſi pluribus. in fi. & C. ex delic. defun. l. j. Accur.

S *I ſeruum.*] CASVS. Seruo meo facta eſt iniuria: & ſic mihi nata eſt actio iniuriarũ. hanc actionem non perdo licet ſeruum illum vendam, vel manumittam. & hoc dicit hæc. l. & princ. ſequen. Secundo dicit: filio facta eſt iniuria: & ſic tam patri quàm filio nata eſt hæc actio. non tamen fiet æſtimatio eadem. poteſt enim eſſe maior iniuria ratione filij, cum ſit forte in dignitate, non pater. & hoc dicit hæc l. & duæ ſeq. Fran.

m *Actio.* adiungitur legi ſequenti. & facit ſupra arb. fur. cæſa. l. fi. & quod vi aut clam. l. is qui in puteũ. §. ſi poſtea. & de optio. lega. l. ſi Pamphilo. & ſi quid in fraud. patro. l. j. §. ſi ſeruo. Accur.

n S *Eruo.* facit ſupra de act. & obligatio. l. quæcumque. & de ſer. cor. doli. in fine. ſed argu. contra. ſ. quando dies leg. ce. l. ſi vſusfructus. in fi. Accur.

o *Quis dubitet.* quaſi dicat, nullus dubitat quin cõpetat etiam poſt manumiſſionem, vel alienationem.

† Pulchrē in hac ſententia Marcus Cic. lib. 1. Epiſt. ad Quin. fratrē epiſt. 1.

p *Filio.* facit ſupra de procuratoribus. l. non ſolum. §. ſi pater. & infra eod. l. pater. & .ſ. eo. l. ſed & ſi. §. filiofamilias interdum. & .ſ. de pac. l. in perſonam.

N *Ec magiſtratibus.*] CASVS. Si magiſtratus facit alicui iniuriam: tenetur hac act. & ſi eſt de magnis magiſtratibus, conuenietur finito officio. ſi autem eſt de minimis magiſtratibus, conuenietur etiam durante officio. Fran.

• Iſte text. pbat quod infamia facta contra defunctum, eſt heredis iniuria: & ideo poteſt heres agere iniuriarũ actione. text. eſt expreſſus: & ibi apoſtillaui eum, ſecundum Bolo. in. l. 1. §. & ſi forte. ſ. eo.

e *Conſentientem.* ſic ſupra eo. l. j. §. vſque. & .ȷ. de ſica. l. lege. §. fi.

f *Luſerit.* i. ludere fecit.

g *Hoc vbicumque.* aliàs vbicumque: & aliàs vtcumque.

h *Neceſſaria eſſe.* quia ceſſat iniuriarum: vt ſupra. l. item apud. §. interdum. & facit ſupra de ſer. cor. l. doli verbum. §. ſi quis dolo. & .l. j. §. fin. Accur.

S *I ſtatua.*] CASVS. Statuas poſitas in honorẽ patris mei iuxta monumentum eius. ſi aliquis proiiciens lapides eas deſtruxit, hac act. agam, non act. ſepulchri violati. Fran.

i *In monumento.* id eſt iuxta monumentum: alioquin ſi in ipſo monumento affixa vel non affixa eſſet, ſecus eſſet: vt. ȷ. de ſepul. vio. l. ij. contra. vel ibi erat ſepulchrum: hic monumentum nondum religioſum. Item nec ibi dicitur dari ſepulchri violati: ſed interdictum quod vi aut clam.

k *Saxis.* id eſt percuſſione lapidum.

I *Niuriarum.*] CASVS. Actio iniuriarum mihi competens non dicitur in bonis meis: & ideo non trãſmittitur ad heredes ante litem conteſtatam. Fran.

l *In bonis noſtris.* quo ad hoc vt tranſmittamus ad heredes: vt inſti. de perpe. & temp. actio. §. ſed heredibus. ſed dum viuimus, eſt in bonis: vt tam per nos quàm per alios exerceamus: vt. ſ. e. l. ſed ſi vnius. §. idem ait & ſi nepoti. vnde & vendere eam poſſum: vt C. de heredi. vendi. l. ſi. licet quidam contra per. l. iſtam. eſt autem ratio quare non trãſmittimus: quia ad ſolam vindictã datur: iuriam: tenetur hac act. & ſi eſt de magnis magiſtratibus, conuenietur finito officio.

D q *Qui ſine fraude.* id eſt pœna: vt. ſ. de ædil. edict. l. cum autem. §. excipitur. vt quia habet merum imperium: vt hic, & .ſ. de in ius vocã. l. ij. & .ſ. quibus ex cau. ma. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ait prætor. & hoc caſu loquitur. ſ. de iudi. l. pars. quæ videtur contra fin. huius. l. hoc autem fallit quando in officio delinquunt: vt C. ad legem Iul. repetun. l. iubemus. & quando actio tempore periret vſque ad conteſt. lit. vel hodie ad executionẽ: vt. ſ. de offi. præſi. l. ſenatuſcõſulto. & C. de anna. excep. l. vt perfectius. ſed hodie dicunt quidam indiſtincte eos conueniri etiam durante magiſtratu corã epiſcopo locorũ: vt in auth. vt diffe. iudi. §. ſi tamen. colla. ix. ſed Io. dicit, ibi quando in officio delinquũt: vt hic erat. minores autem dic, qui habent ſimplicem iuriſdictionem: tamen hi poſſunt conueniri: vt ſubiicit, & .ſ. quod me. cau. l. cõtinet. & ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magiſtratus. & facit ad primam partẽ tantũ. ȷ. de adul. l. ſi adulterium. §. fi. & .ȷ. l. proxi. & .ſ. de ope. no. nũ. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. & .ſ. de tute. & ratio. diſtrah. l. niſi. §. fi. & .l. ſeq. item ad totam. l. facit. ſ. eo. l. iniuriarum. §. j. & ij. & C. de offic. præfect. pretorio. & Illyric. l. vnica. de ordinario. apparet ex præmiſſis, ꝙ in caſu huius legis indiſtincte conuenitur etiam durante

durante magiſtratu:cum in eo deliquerit.Accurſius.

a *Abeat*.id eſt recedat.Accurſius.

Q*vod reipublicæ*.] CASVS. Cum quidã miles ſe malè habuerat in prælio:iudex ſiue poteſtas terræ fecit ſcutũ prædicti militis perforari:& hoc fecit vt alij milites ſint fortes in prælio. Dicitur ꝙ iſte poteſtas non tenetur hac act.Fran.

abeat.[a] Quòd & ſi ex minoribus magiſtratibus erit, id eſt qui ſine imperio aut poteſtate ſunt magiſtratus:& in ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri.

XXXIII. PAVLVS *libro decimo ad Sabinum.*

QVod reipublicæ venerãdæ* cauſa ſecundum bonos mores fit,etiam ſi ad contumeliam [b] alicuius pertinet: quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat,ſed ad vindictã maieſtatis publicæ reſpiciat : actione iniuriarum non tenetur.

XXXIIII. GAIVS *libro tertiodecimo ad Edictum prouinciale.*

SI plures ſerui ſimul aliquẽ ceciderint,aut conuiciũ alicui fecerint:ſingulorũ propriũ eſt maleficium : [c] & tanto maior iniuria, quanto à pluribus admiſſa eſt:imò etiã tot iniuriæ ſunt, quot & perſonæ [d] iniuriam facientium.

XXXV. VLPIANVS *libro tertio de omnibus tribunalibus.*

SI quis iniuriam atrocem fecerit, qui cõtemnere [e] iniuriarũ iudicium poſſit ob infamiã ſuam, & egeſtatem : prætor acriter exequi hanc rem debet:& eos qui iniuriam fecerunt,coërcere. [f]

XXXVI. IVLIANVS *libro quadrageſimoquinto Digeſtorum.*

SI filij nomine cum patre iniuriarum agere velim , & is procuratorem det:non intelligitur filius defendi , niſi iudicatum ſolui ſatiſdetur : [g] & ideo actio aduerſus filium,tãquam à patre non defendatur,danda erit. [h]

XXXVII. MARCIANVS *libro quartodecimo Inſtitutionum.*

COnſtitutionibus principalibus cauetur, ea quæ infamãdi alterius cauſa in monumẽta publica poſita [i] ſunt,tolli de medio. Etiam ex lege Cornelia [k] iniuriarum actio ciuiliter moueri poteſt, cõdemnatione æſtimatione [l] iudicis facienda.

XXXVIII. SCÆVOLA *libro quarto Regularum.*

SEnatuſconſulto cauetur , ne quis imaginem imperatoris in inuidiã alterius portaret : [m] & qui contra fecerit,in vincula publica mittetur.

B

XXXIX. VENVLEIVS *libro ſecundo publicorum iudiciorum.*

VEſtem ſordidam† rei [n] nomine in publico habere, capillũ mve[o] ſummittere nulli licet: niſi ita coniunctus eſt adfinitate,* vt inuitus in reum teſtimonium [p] dicere cogi non poſſit.

XL. MACER *libro ſecundo publicorum iudiciorum.*

DIuus Seuerus Dionyſio Diogeni ita* reſcripſit : Atrocis iniuriæ dãnatus , in ordine decurionum eſſe nõ poteſt: [q] nec prodeſſe tibi debet error [r] prçſidum, aut eius qui de te aliquid pronuntiauit, [ſ] aut eorũ qui contra formam iuris manſiſſe te in ordine

C decurionum putauerunt. [t]

XLI. NERATIVS *libro quinto Membranarum.*

PAter cuius filio [u] facta eſt iniuria,non eſt impediẽdus quo minus duobus iudiciis & ſuã iniuriam perſequatur, & filij.

XLII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

IVdici ab appellatoribus [x] conuicium fieri non oportet : alioquin infamia notantur. [y]

XLIII. GAIVS *libro tertio Regularum.*

b *Ad contumeliam*.vt ſi alicuius ſcutũ perforet, quia in bello male ſe habuerat . Azo. & facit.s̃. eo.l.iniuriarũ.§. j. &.ij. &.§.quæ iure.& de fur. l.qui iniuriæ. in prin. & j̃.de termino moto.l.ij. §.de pœna.&.s̃. ſi omiſ. cau. teſt. l. quia autẽ.§. ſi patronus.in fi.§. &.s̃. l.proxi. Accur.

* venerãdę, id eſt afferẽdę ab improbis & facinoroſis.

S*I plures ſerui*.] CASVS. Plures ſerui aliquẽ verberauerunt.quilibet dicit᷑ delinquere: & tot ſunt iniuriæ , quot ſunt perſonæ facientes iniuriam . quod expone vt in glo.Fran.

c *Malefiiciũ*.vt ſupra ad leg.Aquil.l.ita.vulneratus.in fi.

d *Quot & perſonæ*. ſi ſũt plurium ſerui. vel dic ꝙ vnius, ſed tũc ſufficeret tantũ præſtari, quãtum ſi liber præſtaret:vt.s̃. ſi famil.fur. feciſ. dica.l.j. & ad leg.Aquil.l. illud. licet ſint plura facta : vt s̃. de iuriſ. om. iudi. l. ſi familia.

S*I quis*.] CASVS. Quidam fecit mihi iniuriam: & nihil habet : & ſic nõ poteſt mihi ſatiſfacere. Dicitur ꝙ punitur corporaliter.Fran.

e *Contemnere*.contẽnit, quia emẽdare iniuriam pecuniariter nõ poteſt. Item nec nocet ei infamia . ad quod. C. vt in cer.tem.l.iij. Infamatur enim iniuriarum damnatus : vt. s̃. de his qui notan.infa. l.j.

f *Coercere*.corporaliter. ad quod.j̃.de pœnis.l.j. §.fin.&.j̃.eod.l.fi. &.s̃. de admi.tu.l.Alfenus.& de in ius vo.l.fin.

S*I filij nomine*.] CASVS. Filius tuus fecit mihi iniuriam . volo agere contra te patrem nomine filij tui . tu ordinas quendam procuratorem qui defendat filium tuũ . qui procurator non vult ſatiſdare iudicatum ſolui . Dicitur quòd non dicitur defendi hic filius:& ideo ipſe filius ſe debet defendere.Franc.

g *Satiſdetur*.vt.s̃.qui ſatiſd.cog.l.ſi filius.&.s̃.qui. ex cau.in poſſ. ea.l.hæc autem.§.fina.&.C.de tuto.& cura.qui ſatis non de.l.fin.

h *Danda erit*.ſic ergo defenſio filij in ſubſidium conceditur filio: vt hic,& ſupra de noxa.l.noxalis.&.l. quotiens. ſic & aliàs appellandi tempus indulgetur ſeruo.Item no.quòd licet patri recuſare defenſionem,cum nullum vſumfructũ ei afferat lex:vt. C. de bo. quæ libe.l.fi.§.ſin autem patre.Accurſius.

C*onſtitutionibus*.] CASVS. Carmen famoſum de aliquo eſt poſitum ſupra quoddam monumentum . Dicitur ꝙ tolli debet ſiue remoueri:& qui impoſuit,tenetur act.iniuriarũ ciuili, nõ ſolũ lege Cornelia prætoria:& fit condẽnatio arbitrio iudicis.Fran.

i *Poſita*.id eſt publicè poſita,vt carmen famoſum.

k *Etiam ex lege Cornelia*.non ſolum prætoria. & facit inſtitu.eo.§. ſed & lex.&.§.in ſumma.&.s̃.eo.l.prætor.§.poſſe.

l *Aeſtimatione*.quod dic vt ſupra eo.l. iniuriarum æſtimatio. ſed

ſi criminaliter:tunc dic vt infra eo.l.fin.

A S*Enatuſconſulto*.] CASVS. Portabam quandam ſtatuam principis,ideo (vt dicebam) quia timebam Titium, qui me volebat occidere:vt dicebam:& hoc faciebam in iniuriam Titij.dicitur ꝙ Teneor Titio hac actione.Fran.Accurſius.

m *Portet*. infra de pœnis.l.capitaliũ.§. ad ſtatuas.

V*Eſtem*.] CASVS. Cum quidam eſſet accuſatus de aliquo crimine: portare volebam veſtes nigras vel barbã longam , quaſi in ſignũ triſtitiæ futuræ de accuſato . dicitur quòd non poſſum , niſi eſſem de coniunctis.Fran.Acc.

n *Rei*.id eſt accuſati.

o *Capillũmve*. Sic dictũ in ſignum triſtitiæ , & cauſa inferendæ iniurię faciebat.

p *Teſtimoniũ* . quæ iſtæ ſint, habes. s̃. de teſti. l. lege Iulia. his enim hoc facere permittitur propter dolorẽ : & ſic ratio ſanguinis tollit prçſumptionem inferendæ iniuriæ.ſic.C. de adul.l. ſi quis adulterij.&de epiſ. & cle.eum qui.& quod falſo tuto.auct.l.penul. & facit ſupra.l. itẽ apud §.generaliter.

† Sordes reorum quæ ſint,quis reatus,ſordid⁹, & ſordidatus : quídve ſordes eximere , vide hic ex Bud. Egi.Per.

* Ratio aũt hui⁹ tex.eſt: quia anim⁹ iniuriãdi nõ præſumitur inter cõiunctos vſque ad ſeptimũ gradũ. gloſ. eſt not. in. l. vt vim. s̃. de iuſti. & iur. quam limitabis vt per Bar.ibi,ſcilicet niſi in atrociſſimis delictis.

* Scripſit.

D*Iuus*.] CASVS. Damnatus pro iniuria atroci,eſt infamis: & ideo non poteſt eſſe decurio : nec prodeſt ei error iudicis . quod dic vt in glo. Franc. Accurſius.

q *Non poteſt*.quia eſt infamis : vt.C. de digni.l. ij. lib. xij. &. C. qui. ex cau.infa.irro.l.decuriones.&.C.de decu. l. infamia.lib.x.Accur.

r *Error*.in iure.Azo.

ſ *Pronuntiauerit* . ſuper iniuria : non autem aliquid dixit de remotione ab ordine : ſed putauit te poſſe remanere. Alij dicunt quòd expreſſe pronuntiauit ꝙ in ordine remaneret.

t *Putauerunt*.imò minorata pœna , minoratur infamia : vt. C. ex

D qui.cau.infa.irro.l.& ſi ſeuerior. Solu. ibi cauſa cognita fuit minorata:hic non:vt hic,& infra ad munici.l.ordine.circa princ.Vel dic quòd hic non fuit minorata:ſed hoc dicit hęc lex.Alij vt.P.dicunt in hoc crimine pœna minorata non tolli infamiam. vtpote atrociori:ſed aucta ſic.Item nec ob.infra de pœ.l.in ſeruorum. quia & ibi fuit aucta:quod hic non fuit.

P*Ater*.] CASVS. Facta iniuria filio,pater poteſt ſuo nomine agere iniuriarum:item & nomine filij.Fran.Accur.

u *Pater cuius filio*.facit.s̃.eo.l.j.§.fi.&.l.ſed ſi vnius.§.fi. & de procu.l.non ſolum.§.ſi pater.&.s̃.eo.l. ſeruo.§.filio.&.l.cum poſſit.

I*Vdici*.] CASVS. Qui appellat à ſententia iudicis,non debet iniuriam dicere ipſi iudici à quo appellat:& ſi dicit,tenetur actione:& condemnatus fit infamis.Fran.Accur.

x *Iudici ab appellatoribus*.vt infra de appel.l.illud idem.& econtra: vt.C.de appel.l.& in maioribus.&.l.ſi quis prouocatione.

y *Notãtur*.poſt condẽnationẽ in actione iniuriarũ de eis factam.

Q*Vi iniuriarum*.] CASVS. Qui accuſat per calumniam criminaliter Titium de iniuria,& non probat:extra ordinẽ damnatur,& datur in exilium,vel ſimilem pœnam patitur. Franciſcus Accurſius.





UNED

QVi iniuriarum actionem [a] per calũniam inſtituit, extra ordinem [b] damnatur: id eſt, exilium, aut relegationem, aut ordinis amotionem patiatur.

XLIIII. IVLIANVS *libro nono ex poſterioribus Labeonis.*

SI inferiorum dominus ędium, ſuperioris vicini fumigãdi cauſa fumum faceret: aut ſi ſuperior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit, aut infuderit, negat Labeo iniuriarum agi poſſe: quod falſum puto, ſi tamen [c] iniuriæ faciendæ cauſa immittitur.

XLV. HERMOGENIANVS *libro quinto Epitomarum.*

DE iniuria nũc extra ordinem ex cauſa & perſona [d] ſtatui ſolet. Et ſerui quidem flagellis cæſi dominis reſtituũtur: liberi verò humilioris quidem loci fuſtibus ſubiiciuntur: cęteri autem vel exilio temporali, vel interdictione [e] certæ rei coërcentur.

## DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

## TITVLVS XI.

I. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.* *

SOllicitatores alienarũ nuptiarũ, [f] itémq; matrimoniorum interpellatores, [g] etſi effectu ſceleris potiri nõ poſſunt, propter voluntatem [h] pernicioſæ libidinis extra ordinem puniũtur.

Fit iniuria contra bonos mores, veluti ſi quis fimo corrupto aliquẽ perfuderit: [i] cœno, luto oblinuerit: † aquas ſpurcauerit: [k] fiſtulas, lacus, quídve aliud ad iniuriam publicã contaminauerit: [l] in quos grauiter: animaduerti ſolet. Qui puero * ſtuprum, abducto [m] ab eo vel corrupto comite, perſuaſerit: aut mulierẽ puellámve interpellauerit: quídve impudicitiæ gratia fecerit, domum † præbuerit: pretiúmve quo id [n] perſuadeat, dederit: perfecto flagitio puniuntur [o] capite: imperfecto, in inſulam deportantur: [p] corrupti comites ſummo ſupplicio [q] adficiuntur.

Cœtus illicitos prohibet fieri etiam à veteranis ſub prætextu religionis. Franc.

II. VLPIANVS *libro quarto Opinionum.*

SVb prętextu religionis, vel ſub ſpecie ſoluẽdi voti, cœtus illicitos [r] nec à veteranis [ſ] tentari oportet.

De ſtellionatus crimine, vel expilatæ hereditatis, poteſt quis accuſari: non tamen publicæ accuſationes ſunt. Franc.

III. IDEM *libro tertio de Adulteris.*

STellionatus, vel expilatæ hereditatis iudicia accuſationem quidem habent: ſed non ſunt publica. [t]

Fœmina quæ ſtudioſè fecit abortum, in exilium temporale damnatur. Franc.

IIII. MARCIANVS *libro primo Regularum.*

DIuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, eam quæ data opera abegit, [u] à præſide in temporale exilium [x] dandam. Indignum enim videri poteſt, impune eam maritum liberis fraudaſſe.

V. VLPIANVS *libro quinto de officio Proconſulis.*

IN eum cuius inſtinctu ad infamãdum dominum ſeruus ad ſtatuam confugiſſe compertus erit: præter corrupti ſerui actionem, quæ ex edicto perpetuo cõpetit, ſeuerè animaduertitur. [y]

---

a *Qui iniuriarum actionem*. id eſt accuſationem.

b *Extra ordinẽ*. id eſt criminaliter. & facit infra ad Turpil. l. ſi quis repetere. §. ſi ſtellionatus.

SI *inferiorum.*] CASVS. Dominus inferioris domus facit fumum cauſa me iniuriandi in alta domo. dicitur ꝙ tenetur hac ac. Itẽ ſi proiicio aquam vel aliquid aliud in inferiorẽ domũ iniuriæ cauſa: teneor hac act. Frã. Acc.

c *Si tamen*. facit. ſ̃. ſi ſerui. vin. l. ſicuti. §. Ariſto. ſed quidã ſignant contra. ſed non eſt. Accur.

DE *iniuria.*] CASVS. Iniuriã faciens poteſt puniri extra ordinẽ, ſecundũ qualitatẽ perſonæ quę facit iniuriam & quæ ſuſtinet. hinc eſt quòd ſeruus faciẽs iniuriam, verberatur: & domino redditur. liber verò, ſi eſt vilis perſona, fuſtibus ſubiicitur. cæteri autem homines vel in exilium dantur, vel certo loco interdicuntur. Fran. Accur.

d *Ex perſona*. dic vt. ſ̃. eo. l. prætor. §. atrocem. &. l. ſed ſi vnius. §. quædã. & facit. ſ̃. l. lex Cor. §. fi. & inſtit. e. §. in ſumma. &. ſ̃. eo. l. ſi quis iniuriam. & de ſuſpec. tuto. l. tutor. §. tutores. verſ. ſed ſciendum.

e *Vel interdictione*. quia interdicetur forte ei ars ſua. Accurſius.

Marginal note: * Titu. 4 ſent 12. Cõtinuatio.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.

*Supra de priuatis & nominatis crimi. nunc de innominatis, ſecundũ Azo. Vel dic ſecundum R. ſic. De priuatis delictis ex quibus etiã ciuiles naſcuntur actiones, poſuimus: dicturi infra de his criminibus ex quibus ſolæ criminales oriũtur actiones, publicã ordinariámque pœnam irrogãtes, præmittimus de his criminibus ex quibus ſunt executiones criminales & extraordinariæ & priuatæ.*

Marginal note: † oblinierit

Marginal note: * tribonian' detraxit hîc, prætextato: quod extat in ſent. Pau lib. 5. Anto. Aug. lib 3. emen. c. 19.

*Ordinariæ actiones furti, Vi bonorũ raptorum & iniuriarum, quæ ſupra expoſitæ ſunt, etſi penitus ſublatæ non ſint, minus tamen frequentãtur, & in vicem earum extraordinario iudicio criminaliter agitur, accuſatore ſubſcribente in crimẽ. l. vlt. De pr. del. l. vlt. De fur. l. vlt. tit. prox. ſupra. Ea propter his proxime adiũgitur generalis titulus. De extraordinariis criminibus, qui tamẽ ea crimina cõplectitur quæ proprie extraordinaria ſunt, id eſt quæ nunquã ordinaria fuerunt, quã quæ miſta ſunt, id eſt ordinaria & extra ordinaria pro actoris arbitrio. nã ſi velit quis forte agere furti in duplũ, non prohibetur. Et ſi extraordinem, æque nõ prohibetur. & hæc forte via expeditior. quia res agitur citra ſolemnem ordinem iuris & legum, citráque morem priſcum iudiciorũ & non obſeruata etiã pœna legitima. Cœpit enim ordo agẽdi primum eſſe extraordinarius, deinde etiam pœna. & cauſa cognita igitur ſtatuendæ pœnæ liberum arbitrium eſt ei qui cognoſcit. Cuiacius.*

SOllicitatores.] CASVS. Qui ſolicitat vxorem alienã, volens cum ea iacere, vel dicit quòd vult eam accipere in vxorem: licet non habuit effectum hoc delictũ: ad aliquem tamen peruenit actum: extra ordinẽ punitur. Secundo enumerat quædã delicta quę puniuntur extra ordinẽ: vt ſi quis fimũ corruptũ in aliquẽ deiecit: vel aquas vel lacũ deſtruxit: vel quid aliud ad iniuriam publicam contaminauit. Tertio enumerat quædam alia delicta quæ puniuntur extra ordinem. Fran.

f *Nuptiarum*. id eſt vxorum nuptarum, vt cum eis rem habeant.

g *Interpellatores*. qui eas volunt ad vxores: licet hoc eſſe non poſſit. Accurſius.

h *Propter voluntatem*. ſic. C. de epiſc. & cle. l. ſi quis non dicam. & de fur. l. ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit. & ad le. Iul. maie. quiſquis. & C. ſi quacunque prædi. pot. l. j. in princ. Sed ar. cõtra. ſ̃. de his qui not. infa. l. qui autẽ. Item ar. contra. ſ̃. quod quiſque iur. l. j. in fi. ſed hic ſpeciale propter enormitatem criminis. ſed an hic peruenerũt ad aliquem actum? Reſpõ. ſic, vt ad colloquium, vel baſia, quę ſunt pręcedẽtia veneris: vt. j̃. de adult. l. qđ ait lex. aliàs cõtra: vt. j̃. de pœnis. l. cogitationis. & adde hic qđ not. C. de his qui ad ec. confu. præſenti. circa princ. & facit. ſ̃. tit. j. l. itẽ apud §. ſi quis virgines. &. C. de ſica. l. fina.

Marginal note: † domũ. Vide An. Aug. li. 3. c. 9. ſed Flor. & in βασιλικ. domum.

i *Perfuderit*. i. ſi quid cõburatur cũ aliquo cuius fumus eſt peſtifer, vt ſulphur: quo caſu fumus dicitur corruptus. aliàs eſt fimo corrupto: & tũc eam turpitudinẽ in aliquem deiecit. Acc.

k *Spurcauerit*. i. cõtaminauerit. ſparca tamen ꝓpriè eſt quod ab ore porci cadit.

l *Contaminauerit*. facit. C. de re mili. l. cum ſupra. lib. xij.

m *Abducto*. ſ. comite.

n *Quo id*. aliàs is.

o *Puniũtur*. hic ergo de ordinario crimine tractat. ſ. de adul. & ſtupro. vel hic punitur. i. puniri ſolẽt. & facit inſtitut. de pub. iud. §. itẽ lex iulia.

p *Deportãtur*. erãt enim corrupti comites: & ſic aliquod conamẽ interuenit. Accur.

q *Sũmo ſupplicio*. quod mors eſt &c. vt. j̃. de pœnis. l. vltimũ ſuppliciũ.

r SVb *prætextu. Illicitos*. qualia omnes ſũt, niſi ſpecialiter cõtra. ꝓbetur: vt infra de col. illi. l. iij. §. j. & facit. C. de ſac. ſanc. ec. l. qui ſub prætextu.

ſ *Nec à veteranis*. non ſolum à iuuenibus.

t STellionatus. *Non ſunt publica*. vt. ſ̃. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. fin. &. j̃. de cri. ſtel. l. j. &. iij. §. pe. &. C. de cri. ſtel. l. iij.

u DIuus. *Abegit*. id eſt abortum fecit.

x *Exiliũ*. ante quadraginta dies: [a] quia ante non erat homo: poſtea de homicidio tenet, ſecundũ legẽ Moyſi, vel legẽ Põpeiã de parricidiis: vt. j̃. ad leg. Põpe. de parric. l. j. & facit. C. ad legẽ Corne. de ſica. l. pe. &. j̃. ad legẽ Corne. de ſica. l. ſi mulierẽ. Ac.

Marginal note: a] Not. glo. fin. ad hoc, quòd mulier dans operã ad ſuffocandũ filiũ quem habet in vtero iã per 40. dies: tenetur de homicidio. idẽ in quocunque alio operante. Bolo.

IN *eum.*] CASVS. Inſtigaſti ſeruum meũ vt fugeret ad ſtatuam, quaſi conquerens de me ꝙ nimis eram crudelis contra eum: & ſic cauſa me infamandi. dicitur quòd non ſolum teneris act. ſerui corrupti, ſed etiam extra ordinem puniris. Fran. Accur.

y *Animaduertitur*. facit ſupra de ſer. corrup. l. corrumpitur. &. j̃. de pœ. l. capitalium. §. ad ſtatuas.

ANnonam.] CASVS. Erant olim quidam qui emebant omne bladum quod poterant: & poſtea vendebãt carius: & iſti

vocabantur

vocabantur dardanarij.erant & quidã alij qui colligebãt multum bladi,& nolebãt vendere niſi cum erat carum. Dicitur ergo quòd præſides curent ne hęc fiant,puniendo eos qui talia faciunt.iubet etiã puniri eos qui ſtateras ſiue menſuras habent falſas.Fran.Acc.

A larij.i.ioculatores.vel tertio ſecundum H.id eſt qui in ſaccis portant merces deſuper bonas,inferius malas in eodem ſacco.

m *Subducunt*. vetitas ſupponentes bonis mercibus quas oſtẽdunt. H.ad hoc & ſuperius primum reſpon.facit infra de effra.l. j.§.ſimili modo.&.C.de prin.agen.in reb.l.j.in fi.

## VI. Idem *libro octauo de Officio Proconſulis.*

Annonam attẽtare & vexare vel maxime † dardanarij [a] [*] ſolent: quorum auaritiæ obuiam itum eſt tam mandatis quàm conſtitutionibus. Mandatis denique ita cauetur: Præterea debebis [b] cuſtodire, ne dardanarij vllius mercis [c] ſint: ne aut ab his qui coemptas [d] merces ſupprimunt, [e] aut à locupletioribus qui fructus ſuos æquis pretiis vendere nolũt, dum minus vberes prouentus [f] expectant, † annona oneretur. Pœna autem in hos variè ſtatuitur. nam plerumque ſi negotiãtes ſunt, negotiatione eis tãtùm interdicitur: interdum & relegari ſolent: humiliores [g] ad opus publicum dari.

Onerant annonam etiam ſtateræ [h] adulterinæ: de quibus diuus Traianus edictum propoſuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ [i] in eos ſtatuit perinde ac ſi lege teſtamentaria, quòd teſtamentum falſum ſcripſiſſet, ſignaſſet, recitaſſet, damnatus eſſet. Sed & diuus Hadrianus eũ qui falſas menſuras habuit, in inſulam relegauit. [k]

## VII. Idem *libro nono de Officio Proconſulis.*

Saccularij [l] [*] qui vetitas in ſacculo artes exercentes, partem ſubducunt, [m] partem ſubtrahũt: item qui directarij † appellantur, hoc eſt hi qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi ſunt: idcircóque aut ad tempus in opus dãtur publicum: aut fuſtibus caſtigãtur, & dimittũtur: aut ad tempus relegantur.

## VIII. Idem *eodem libro.*

Svnt [*] præterea crimina, quæ ad excutionem [n] † præſidis pertinẽt, vtputa ſi quis inſtrumen- D ta ſua prodita eſſe dicat. [o] Nam huius rei excutio [p] [*] præfecto vrbis à diuis fratribus data eſt.

## IX. Idem *eodem libro.*

Svnt quædã † quæ more prouinciarum coërcitionem ſolent admittere: vtputa in prouincia Arabia [q] σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admiſſum tale eſt: plerique [r] inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt lapides ponere indicio [ſ] futuros, quòd ſiquis eum agrum coluiſſet, B malo leto periturus eſſet inſidiis eorum qui ſcopulos [t] poſuiſſent. Quæ res [u] tantum timorem habet, vt nemo ad eum agrũ accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui ſcopeliſmon fecerunt. hanc rem [x] præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem comminatur.

## X. Idem *eodem libro.*

In Ægypto qui chomata [y] rũpit, vel diſſoluit, (hi ſunt [z] aggeres [a] qui quidem ſolẽt aquam Niloticam [b] continere) æque plectitur extra ordinem & pro conditione ſua, & pro admiſſi menſura. C quidam [c] opere publico, aut metallo plectuntur. & metallo [d] quidem ſecundum ſuam dignitatem, ſi quis arborem ſycaminonem [e] exciderit. Nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quòd hæ arbores colligunt [f] aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili diſpenſantur & coërcentur, & diminutiones æquè coërcentur. [g] Chomata etiam & diacopi [h] qui in aggeribus [i] fiũt, plecti efficiunt [k] eos qui id admiſerint.

## XI. Pavlvs *libro primo Sententiarum.*

a *Dardanarij*. qui ſic à quodam Dardano functionũ auctore dicebantur: qui maxime dabat operam vt annona carior fieret, emẽdo omnem quam inuenire poſſet, vt poſtea ſolus venderet ſicut vellet.

b *Debebis*.ô pręſes prouinciarum.

c *Mercis ſint*.ſ.comparatores, vel negotiatores, id eſt interdicas eis negotiationibꝰ, quales ſunt Tricoli. & facit. j. de pœnis.l.moris.

d *Coemptas*.quia plures ſimul emũt,vt ſic annonam cariorem facerent. & ſic habeas coemptas. aliàs eſt emptas.

e *Supprimunt*.ſupple vt annona oneretur:quod eſt infra.

f *Prouetus*. id eſt vt plꝰ vendatur: & caue, quia non cogit locupletes vendere:nec punit ſi nõ vendant: vt & infra ad legem Iuliam de anno. l.ij. ſed illos qui emunt vt carius vendant. nam per illos etiam locupletes ſeruant.

g *Humiliores*.i. inferiores,quales ſunt vt.C.de inceſt.nup.l. humilem. & facit.ſ.tit.j.l. fi. & de incen.l.Pedius.

h *Stateræ*.i.mẽſuræ, vel inſtrumẽta quædã quibus fit menſura.

i *Corneliæ*.de falſis,quę eſt.j.de fal.l.pe.

k *Relegauit*. vt & infra ad.l.Cornel.de fal.l.pe. §.fi.& facit. j. de pœnis l.in dardanarios. & qđ not.ſ.de do.l. arbitrio. §.de eo.

*Saccularij*.] casvs. Præcipit puniri ſaccularios. & qui ſint dic vt in glo. domini mei Acc. Item præcipit puniri directarios,& exponit qui ſint directarij,& dicit quæ pœna eis imponatur. Secũdo dicit: qui inſtrumentum meum alicui recitauit,ex quo doleo, & paſſus ſum damnum:punitur extra ordinem. Tertio iubet puniri capite eos qui ponunt lapides in aliquo fundo, & per hoc dant intelligere,quòd ſi quis colat illum, quòd occidetur ab eis. Quarto dicit:cum in Ægypto non pluat, aqua Nili ſpargebatur certo tempore anni per fundos,& quilibet includebat de illa aqua in foſſatis ſuorum fundorum. ſi ergo aliquis iſta foſſata rumpat vel deſtruat,& ſic aqua recedit,punitur extra ordinem.Item cum arbores plantentur in riuis illorum foſſatorum, vt ripæ non ruant: ſi quis illas arbores inciderit,grauiſſime punitur. Item cum ſint aliqua inſtrumenta ſiue duchæ per quas diuiditur aqua Nili quæ veniebat in fundos: de ſtercoribus ſi quis ea obſtruat, grauiter punitur. Franciſcus. Accurſius.

l *Saccularij*.qui ſaccos ferunt plenos mercibus falſis,& falſis nummis:& cum eis ſoluitur pro merce pecunia,partem pecuniæ furãtur,negantes ſe accepiſſe quantum acceperant: & quod reddunt, ex parte fuit dantis ex parte eorum tantũ. & ideo fallunt retenta bona pecunia cum ſibi cambiri traditam poſcunt.Azo.Vel ſaccu-

ff. Nouum.

n *Svnt. Executionem.* aliàs perſecutionem.

o *Prodita eſſe dicat*.id eſt manifeſtata eſſe,ex quo eſt læſus:argu.j.de pœnis.l.ſi quis aliquid.ij.§. inſtrumenta.

p *Executio*. aliàs perſecutio.

q *Svnt.*] *Arabia*. ſequitur Græcum. &facit infra de pœnis.l. aut facta.§.fina.

r *Plerique*. vt eſt in illo Græco.

ſ *Indicio*. id eſt vt indicaretur quòd ſi quis &c.

t *Scopulos*.i.lapides.

u *Quæ res*.id eſt delicta, vel facta.

x *Hanc rem*. id eſt delictum.& facit. C. vt nemi.li. ſine iudi. aucto.l. j.&. ij.

y *In Ægypto*.] *Chomata*.i.aggeres: vt ſtatim ponit.choma enim proprie dicitur diuiſio. nam diuiduntur ſcilicet aggeres ſeu chomata loca abinuicem.dicitur etiam fieri comma vocis:cum in fine vox exaltatur.ſima vero, cum in eodem ſtatu retinetur:periodus vero,cum deprimitur.

z *Hi ſunt*.melius dixiſſet, hæc ſunt: & ponit chomata.

a *Aggeres*. id eſt, chomata.Accur.

b *Niloticam*. in Ægypto non pluit: & ideo certis temporibus anni egreditur aqua Nili per prædia: & quilibet in ſuo prædio facit aggeres vt aquam cõtineat: & de his dicit hic. Sunt & alij aggeres qui ſunt iuxta flumen Nili: & ſi quis eos rumpit, flãmis ibi comburitur:vt.C.de Nili aggerib.l.j. Accur.

c *Quidam*.ſ.prædictorum rumpentium dictam aquam.

d *Et metallo*.id eſt in opus metalli.& eſt differentia inter hanc pœnam,& metallum,de quo ſubiicit: vt.j. de pœ.l. aut damnum.§. inter eos.Accurſius.

e *Sycaminonem*.ficus eſt Ægyptia prædulcis,ſine granis.

f *Colligunt*.id eſt retinent,ne ruant.

g *Coercentur*.ne fluant.Accurſius.

h *Chomata etiam & diacopi*.hæc duo idẽ ſignificant. & dicitur diacopi,à dia,quod eſt duo:& copos,quod eſt diuiſio: quia in duas partes aquæ diuidebantur. ſunt ergo hic chomata, inſtrumenta quibus aqua diuidebatur & deriuabatur.

i *In aggeribus*.id eſt iuxta aggeres.Accurſius.

k *Efficiunt*.id eſt faciunt eos puniri.Azo.

*In circulatores*.] casvs. Quidam portant ſecum ſerpentes, ſiue biſcas:& faciunt timorem aliquibus: qui ducti timore fugiũt, & ſua dimittunt quæ ibi habebant: & alij veniunt qui ea furantur.dicitur quòd iſti portantes ſerpentes grauiter puniuntur. Frãciſcus Accurſius.

† Dardanarij qui dicantur, pulchrè Nebriſ.in lexico iuris ciuilis, in dictione, dardanarius. & Lazius comment Reip. Rom. lib.2. cap.15.

[*] In veteri gloſſario Germaniano ita explicatum reperi hoc verbũ Dardanariꝰ, παντοπώλης, παντομετάβολος, σιτοκάπηλος.

† Vide Ariſt. 1.Politi. c. 7. de Thalete Mileſio & quodam Syracuſano.

[*] Vide ĩhãc l. Petrũ Crinitum lib.de ho.diſ.17.c. 8.& Celium Rho. li. lec. antiqua. 18. c.35. & Bud. in annot. poſterio.hic.

† Flor.derectarij.

[*] In aliis lib. hæc lex cũ duab ſequẽ. §.eſt ſuperioris.

† executionem. fortè excuſſionẽ.

[*] executio, forte,excuſſio.

† Vide ĩhãc l. Alciat. lib. præterm. 2. hoc ipſo tit. &Crinitũ li. 8 c.10.

a *In circulatores*. à circunfero : & eſt in, præpoſitio. Accurſius.
b *Et proponunt*. ſcilicet ſubitò alicui vt metu ſerpentino fugiat, A ſuáque dimittat, vt interim alius occupet.
c *Actio dabitur*. id eſt accuſatio, de qua pœna eſt extraordinaria.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

*De ſepulchro quoq; violato nunc extraordinē agi nō eſt dubiū, qua de re fuit & eſt etiā nunc ſi quis hāc malit, actio priuata his quorū intereſt in id quod æquū iudici videbitur dum tamē non minoris condēnet iudex quā in aureos. C. Sepulchro violato vel CC. ſepulchro inhabitato aut inædificato. In id, inquā, quod æquū iudici videbitur. eſt enim concepta in bonum & æquum, ſicut actio iniuriarū prætoria, et actio de deiectis & effuſis ex illa parte qua libero homini nocitū eſſe dicitur, & actio de moribus, quæ etiam omnes vindictā perſequuntur, nō damnū pecuniariū, atq; adeo heredi nō dantur. Eſt etiā de ſepulchro violato actio popularis in C. vel CC. aureos, ceſſantibus his quorū intereſt. Eſt & publicum iudiciū. l. 8. hoc tit. De furto eſt priuatum & extraordinariū, & ex quibuſdam cauſis publicū, De Bonis raptu, priuatū, publicum, extraordinariū. Itē de iniuriis, Item de ſepulchro violato, ac præterea populare, vt data opera videatur hic titulus poſitus in confinio vel potius intermedio priuatorū, extraordinariorum, populariū & publicorū iudiciorū, quæ oriuntur ex delictis. hæc enim participat omnia ſepulchri violati crimen. Cuiac.*

† De ſepulchris, & eorum violatione nonnihil Cęli. lib. 17. cap. 19.

IN circulatores [a] qui ſerpentes circūferūt & proponūt, [b] ſi cui ob eorū metū damnū datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur. [c]

DE SEPVLCHRO violato. †

TITVLVS XII.

Condemnatus act. in factum de ſepulchro violato, eſt infamis. Franc. Accurſius.

I. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum Prætoris.*

SEpulchri violati actio [d] infamiam irrogat. [e] B

II. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prætoris.*

SI ſepulchrū quis diruit, [f] ceſſat Aquilia : [g] quod vi tamē aut clam [h] agendū erit. Et ita de ſtatua de monumento [i] euulſa Celſus ſcribit. [k] Idem quærit, ſi neq; ad plumbata fuit, [l] neque adfixa, an pars monumenti effecta ſit : an vero maneat in bonis noſtris. Et Celſus ſcribit ſic eſſe [m] monumēti, vt oſſuariā : [n] & ideo quod vi aut clam interdicto [o] locum fore.

III. VLPIANVS *libro vicenſimoquinto ad Edictum Prætoris.*

PRætor ait : *Cuius dolo malo ſepulchrū violatum eſſe dicetur, in eum in factum iudicium dabo: vt ei ad* C *quem pertineat, quanti ob eā rem æquū videbitur,* [p] *cōdemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, ſiue agere nolet :* [q] *quicumque agere volet, ei centū aureorum* [r] *actionem dabo. Si plures agere volent : cuius* [ſ] *iuſtiſſima* [t] *cauſa eſſe videbitur, ei agendi poteſtatē faciam. Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit, ædificiumve aliud quámque* * *ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit: in eum ſi quis eo nomine agere volet,* [u] *ducentorum aureorum iudicium dabo.*

Prima verba oſtēdunt eum demum ex hoc [x] plecti, qui dolo malo violauit. Si igitur dolus abſit : ceſſabit eiuſdem [y] perſonæ. [z] Igitur doli non capaces, vt admodum impuberes, [a] itē omnes qui non animo violandi accedunt : [b] excuſati ſunt. Sepulchri autem appellatione omnē ſepulturæ locum cōtineri exiſtimādum eſt. [c]

Si quis in hereditarium [d] ſepulchrum inferat, quamuis heres, tamen poteſt ſepulchri violati teneri, ſi fortè contra voluntatē teſtatoris intulit. Licet enim cauere teſtatori, ne quis eò inferatur : vt reſcripto imperatoris Antonini cauetur. ſeruari enim voluntatē eius oportere. Ergo & ſi cauit vt vnus tantùm heredū inferret, ſeruabi-

nō tenetur hoc edicto, cū dolo careat. & appellatione ſepulchri, omnis locus ſepulturæ continetur. [SI QVIS.] Heres ſi inferat mortuū in hereditariū ſepulchrū, tenetur quādoq; ſepulchri violati : vt ſi prohibuerat teſtator ne heredes aliquē ibi inferrēt. ſeruari enim debet volūtas teſtatoris. Idem ſi vni heredū cōceſſit inferre, aliis vetuit. nā ſeruabitur volūtas defuncti. Secūdo dicit: corp* poſitū in vno loco, animo alibi portādi, bene poteſt trāsferri : & non patitur pœnā qui tranſfert: licet ſi bene vellet facere, debet licentiam impetrare ab epiſcopo vel prīcipe. Tertio prohibet ſepeliri aliquē intra ciuitatem, & pœna imponitur in eos q; ſepeliūt intra ciuitatē, & in magiſtratū qui hoc patitur : & locū ſepulchri publicari iubet: & inde mortuū trāsferri. & ſi cōſuetudo erat ante hāc. l. poſſe in ciuitate ſepeliri: eā conſuetudinē tollit. [SI QVIS IN SEPVLCHRO.] Qui habitat ī ſepulchro, vel ędificiū ibi facit: quicūque vult agere contra eū, poteſt. Secundo dicit : qui cadauera ſpoliant: ſi quidē cū armis, capite puniūtur. ſi ſine armis, in metallū damnantur. Tertio dicit: iudex q; cognoſcit ſuper act. ſepulchri violati : debet æſtimare intereſſe agētis, inſpecta iniuria : itē lucro violātis ſepulchrū : itē dāno ex hoc cōtingente. nō tamen minoris condēnet iudex quàm ſi extraneus ageret: quod eſt c. aureorū contra violantē : & cōtra inhabitantē, ducentorū. [SI AD PLVRES.] Sepulchrū pluriū violaui. dicitur q; hæc act. omnibus datur contra me in eo quod cuiuſq; intereſt. Secundo dicit: ſepulchro violato, ille cui* intereſt, nō vult agere, imò renuit. dicitur q; poteſt pœnitere ante lit. cōteſt. ab alio. Tertio dicit: ſeruus tuus in ſepulchro meo habitat, vel ibi ædificauit, dicitur q; poteſt accuſari. noxalis autē nō datur. ſed ſi domū habeat ſeruus in ſepulchro, non tamen habitat ibi, noxalis datur. Vltimò dicit: hæc actio quæ ex hoc edicto datur, eſt popularis. Franc. Accur.

* quàm quod.

Hoc vetuit Solon. Cice. 2. de legib.

d *SEpulchri. Actio.* ſcilicet in factum : vt infra. l. iij. in prin. non ſolum accuſatio.
e *Irrogat.* condemnatione facta.

SI *ſepulchrum.*] CASVS. Deſtruxi ſepulchrum tuum diruendo ipſum. teneor quod vi aut clā. idē ſi ſtatuā. ſ. ſepulchrū tuum poſitā deſtruxi: ſiue ſit affixa, ſiue ſit applūbata ſepulchro, ſiue nō. nam teneor interdicto quod vi aut clam, non Aquil. Fran. Accur.
f *Diruit.* ſine iudicis auctoritate : vt ſupra de aqua plu. arcen. l. quamquam. §. j. Accurſius.
g *Ceſſat Aquilia.* quia non poſſum me dicere dominum ſepulchri. aliàs Aquil. actio competit hero : vt ſupra ad leg. Aquil. item Mela. §. legis. Accurſius.
h *Aut clam.* ſcilicet ad opus reſtituendum.
i *De monumento.* quæ affixa fuerat monumento : vt differat à ſequenti. Accurſius.
k *Scribit.* ſcilicet vt non agatur Aquilia : ſed interdicto quod vi aut clam, & de ſepulchro violato.
l *Fuit.* ſcilicet ſtatua. Accurſius.
m *Eſſe.* ſcilicet ſtatuam. Accurſius.
n *Oſſuariam.* in lib. Ioan. oſſaria. Et dic oſſuariam, vrnam in qua oſſa recondantur : vel id eſt monumenta.
o *Interdicto.* & ceſſat Aquilia. & ad hoc. ſ. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. ſi quis de monumento. &. l. denique. §. quæſitū. in fine. Sed contra ſupra de iniur. l. ſi ſtatua Sol. vt ibi.

PRætor.] CASVS. Dolo cuius ſepulchrū violatū eſt, tenetur ac. in factū ad intereſſe ei ad quem pertinet ſepulchrū. Si nemo ſit ad quē pertineat, vel ſi eſt, non tamen vult agere : prætor permittit cuicūq; volēti agere act. vſq; ad. c. aureos. ſed ſi plures ſunt qui volunt agere. præfertur qui iuſtiorē cauſam habet. Itē ſi quis in ſepulchro alieno habitauerit, vel ędificiū aliquod nō ſepulchri cauſa ibi fecit: quicunq; vult agere cōtra eū, prętor permittit vſq; ad quantitatē ducentorū aureorum. Poſtea Vlpia. exponit verba prædicta, & dicit: apparet ex primis verbis edicti, eū qui violat ſepulchrū, ita demū teneri, ſi dolo malo hoc facit. impuberes ergo

p *Aequum eſſe videbitur.* ad intereſſe: nūquā tamē minoris quàm extraneo: vt. ỹ. ea. l. §. qui de ſepulchri. verſi. item. & verſi. nunquā. & in hoc poteſt eſſe procurator : vt. ſ. de procu. licet. in princ.
q *Nolet.* ad hoc. C. de adulte. quamuis. ij. &. ỹ. eo. l. ſepulchri violati. & de ſuc. edi. l. j. §. quibus. & ad Tertul. l. j. §. ſi nemo. Accur.
r *Centum aureorum.* imò videtur. x. pondo auri : vt. C. eo. l. qui ſepulchra. ſed ibi criminaliter. [a] & infertur fiſco : hic ciuiliter, & D datur priuato. in iudice autem negligente punire, eſt pœna. xx. lib. auri : vt. C. eo. ſi quis ſepulchrum.
ſ *Cuius.* nunc reſpondet.
t *Iuſtiſſima.* ad hoc. ſ. delib. ho. exhi. l. iij. §. ſi tamē plures &. ỹ. de accu. ſi plures. &. ſ. de fideic. lib. l. iiij. §. creditoribus tamē caueri. & de admi. tut. l. iij. §. pe. & de pac. l. iuriſgentiū. in fi. &. l. maiorē. &. ỹ. de popu. act. l. ij. &. iij. Itē hoc accipe quādo nō intereat horum qui agere volebāt: aliàs oēs agerent: vt. ỹ. ea. l. §. ſi ad plures.
u *Volet.* Not. curioſe in primo edicto haberi delictum perſonarum : in hoc non.
x *Ex hoc.* ſcilicet edicto. Accurſius.
y *Eiuſdem.* aliàs, in eandē perſonā. aliàs, in eiuſdē perſona pœna.
z *Perſonæ.* id eſt non erit ea perſona quæ teneatur.
a *Impuberes.* quidam, ſed non omnes : vt. ſ. de except. doli. apud. §. quæ in tutore.
b *Accedunt.* quos ignorantia conſilij tuetur. Accurſius.
c *Exiſtimandum eſt.* vt &. ſ. quod vi aut clam. l. fin. §. ſi quis.
d *Si quis in hereditarium.* quod hereditarium, & quod familiare ſit,

a] Ange. arg. inſtit. de act. in prin. dicit hāc gl. ſing. in 6. col. mihi circa mediū. ad hoc quod licet pœna ſit pecuniaria : ſi tamen applicetur fiſco, non tantum dicitur criminalis, ſed criminaliter intentata.

tur vt ſolus inferat. Nõ perpetuę ſepulturæ tradita corpora poſſe transferri, edicto diui Seueri continetur: [a] quo mandatur, ne corpora detinerentur, aut vexarẽtur, aut prohiberẽtur [b] per territoria [c] oppidorũ trãsferri. Diuus tamẽ [d] Marcus reſcripſit nullam pœnam meruiſſe eos qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidũ tranſuexerunt: quamuis talia fieri ſine permiſſu [e] eorum [f] quibus permittendi ius eſt, non debeant.

B Diuus Hadrian⁹ reſcripto pœnam ſtatuit quadraginta aureorũ in eos qui in ciuitate ſepeliunt, quã [g] fiſco inferri iuſſit: & in magiſtratus eadẽ qui paſſi [h] ſunt: & locum publicari iuſſit, & corpus transferri. Quid tamen ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri? [i] poſt reſcripta principalia [k] an ab hoc [l] diſceſſum ſit, videbimus: quia generalia ſunt reſcripta. Et oportet imperialia ſtatuta ſuã vim obtinere, & in omni loco [m] valere. Si quis in ſepulchro habitaſſet, ædificiúmve habuiſſet: ei qui velit, agẽdi poteſtas ſit. Aduerſus eos * qui cadauera ſpoliant, præſides ſeuerius interuenire: maximè ſi manu armata adgrediãtur: [n] vt ſi armati more latronũ id egerint, etiã capite plectãtur: vt diuus Seuerus reſcripſit. Si ſine armis: vſque ad pœnã metalli procedũt. Qui de ſepulchri violati actione iudicãt: æſtimabũt quatenus interſit, [o] ſcilicet ex iniuria quæ facta eſt. Itẽ ex lucro † eius qui violauit: vel ex damno quod contigit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nunquã tamen minoris debent cõdemnare, quàm ſolẽt extraneo agẽte. [p] Si ad plures ius ſepulchri pertineat, vtrum omnibus damus actionẽ: an ei qui occupauit? [q] Labeo omnibus dãdam dicit, rectè: quia in id quod vniuſcuiuſq; intereſt, agitur. [r] Si is cuius intereſt, ſepulchri violati agere nollet: [ſ] poteſt pœnitentia acta, antequam lis ab alio cõteſtetur, dicere velle ſe agere: & audietur. Si ſeruus in ſepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio ceſſat: [t] & in eum [u] prætor hanc actionẽ [x] pollicetur. Si tamẽ non habitet, ſed domunculã ibi [y] habeat ſeruus, noxale iudiciũ [z] erit dandũ: ſi modò habere poſſe [a] videtur. Hæc actio popularis [b] eſt.

IIII. PAVLVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum Prætoris.*

SEpulchra hoſtiũ religioſa nobis non ſunt: [c] ideóque lapides inde ſublatos in quemlibet vſum conuertere poſſumus: non ſepulchri violati actio competit. C

V. POMPONIVS *lib. 6. ex Plautio.*

VTimur eo iure, vt dominis fundorũ in quibus ſepulchra fecerint, etiam poſt venditos fundos adeundorũ [d] ſepulchrorũ ſit ius. Legibus [e] nãq; prędiorũ vendũdorũ cauetur, [f] vt ad ſepulchra

---

ſit, habes ſupra de religio.l.familiaria.&.l.ſequen.

a *Continetur.* ad hoc.C.de religio.l.ſi necdum.& arg.ſ.de leg.iij. A l.ſi ita legatum.& ſupra de religio.ſi quis eo animo.Sed arg.contra.ſ.de tranſact.l.cum hi.§.ſiue igitur.verſi.ſed ſi non fuerint.

b *Prohiberentur.* facit ſupra de religio.l.ne corpora.

c *Per territoria.* quid ſit, dic vt.j.de verb.ſign.l. pupillus.§.territorium.

d *Diuus tamen.* quãquã diui Seueri ſufficiat decretum. Ro. vel de his quę nõ perpetuę ſepul. tradita ſunt, dixit: vel de his quæ tradita ſunt perpetuę, vt hic: vel hic nulli ſepulturę traditũ.

e *Sine permiſſu.* vt oĩs euitetur ſuſpicio. ad qđ C.de relig.l.fin.&.ſ.de relig.l.oſſa.in princ. Et not. hic delictum ſine pœna: vt.ſ.de relig. at ſi quis.§.idẽ Labeo.&.C. de pign.l.iij.&.ſ. quod me.cau. l.fi.§. fin. &.j. quando appel. ſit.l.j.§. biduum. & de inter. & releg.l.relegatorũ.§.ad tempus.&.ſ.de fur.l.j.

f *Eorum.* ſcilicet pontificum vel principum: vt ſupra de religio.l. oſſa.in prin.Accur.

g *Quam.* ſ. pœnã quadraginta aureorum.

h *Paßi.* vt.C.de commer. l.ij. itẽ facit. C.de religio.l.mortuorum.

i *Sepeliri.* quidam hic colligunt ꝙ cõſuetudo nõ vincit legem: quaſi primo fuerit lex Hadriani, & poſtea ſuperuenerit cõſuetudo. pro quibus eſt. C.de vſu.l. eos.in fin. &. ſ. ad leg. Rho. de iac.l. domine imperator Antonine. [a] ſecundũ quod vno modo legitur. Tu dic quòd conſuetudo ſuperueniens vincit legẽ: ſiue ſit generalis, & tunc generaliter: vt ſupra de leg.& ſenatuſcõ.de quibus.§. inueterata. ſiue ſpecialis, & tunc ſpecialiter: vt hic, & ſupra communia prædio.venditor.§.ſi conſtat.& ſupra quod cuiuſque vniuer.l. item.in princ. in glo.vel perpetua. & ſecundum hoc fiat hic punctum interrogatiuè poſt dictionem ſepeliri.& de his dixi in.d.l.de quibus.Accurſius.

* i.viſpelliones ſecundũ Fulgentiũ. vide. l. Si quis ita.ſ.de euict.

a] aliàs deprecatio.

k *Principalia reſcripta.* facta poſt legem municipalem.

l *Ab hoc.* reſcripto Hadriani. R. ſed cautè in plurali de reſcript. loquitur. vnde dic, ab hoc, & quod ſtatuitur in reſcrip.Hadria.

m *In omni loco.* ad hoc.C.de tempo.in integ.reſt.l.ſuperuacuam.

n *Adgrediantur.* hic criminaliter agitur.

o *Quatenus interſit.* quod qualiter probetur, dic vt C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.l.j.

p *Extraneo agente.* quod eſt.c.aureorum contra violantem. Item cc.aureorum contra habitantem: vt.ſ.ea.l.§.ſi nemo.&.§. ſi quis in ſepul.& ſic inſtit.de excu.tu.§.qui autem.& C.de temporib.in integ.reſtitu.ea quæ.ij.reſpon.Accur.

q *Occupauit.* ſcilicet dabitur actio.Accur.

r *Agitur.* quid ergo ſi vnius intereſt in.x.alterius in.xx? Reſpõ. fiat condemnatio in.c.vt bis tantum conſequatur is cuius intereſt in. xx. quàm alius.non enim ideo plus deliquit violans.Item not.quòd dicit omnibus dari: quia omniũ intereſt. aliàs eligitur vnus: vt.ſ.ea.l.§.ſi ad plures. Item facit.j.de adul.l. ſi maritus. in prin.&.§.j.&.§.ij.Item inſti.de capi.demi.§.fi.

ſ *Nollet.* ſiue dicas, nollet diſſimulando: ſiue expreſſè remittẽdo: eſt cõtra.ſ.de mino auxiliũ.ſed facilius iniuria.actio tollitur: vt ſ.titu.ij.nõ ſolum.§.ij.Item cõtra.j.de adul.ſi maritus.§. ſi negauerit.Solu.vt ibi.Item contra.C.qui accuſa.non poſ.l.accuſationem.&.l.ſi ea.Solu.vt in.d.l.accuſationẽ.Item contra.C.de pact. l.poſtquam.ſed ibi erat lis conteſtata: hic non.vel ibi ciuilis. Vel dic, ſecundũ alios, noluit agere tunc nec tamen remittere: ibi ſic: vt arg.ſ.de iudi.l.deſtitiſſe. Sed quid ſi iſte expreſſe & prorſus remiſit? Reſpon.Ir.& R.adhuc eundẽ audiendum.& idem in omni crimine publico dicũt: vt not.ſ.de pac.l. iuriſgen.§.ſi paciſcar. excepto adulterio: vt in.d.§. ſi negauerit.l.ſi marit⁹. j.de adul.licet alij contradixerint quando expreſſe renũtiauit. & facit ad hoc quod hic de pœnitẽtia dicitur. j. de fal.l.qui falſam.&.ſ.de iuriſ.omni.iudi.ſi cõuenerit. & qđ quiſq; iur. l.j. in fin. & de repu. ſi pœnituit.&.C.ad.l.Iuliam ma. l. quiſquis. in fin.&.§.ad leg. Iulia.de ambi.l.j.&.C.de pœna iudi. authẽ nouo iure. arg.cõtra.ſ.de fur.l.qui ea mente. & vi bono. rapt. l. non prodeſt. [b] Itẽ arg.cõtra.ſ.de leg.j. huiuſmodi.§.Stichum.

† Hic textus bene not. & ſing ad hoc quod intereſſe noſtrũ aliquãdo cõſideratur ratione lucri quod facit aduerſarius. Bolo.

ADDITIO. Dic ꝙ ibi fuit ſtatim ius quæſitũ ex ſola electione: hic non niſi ſecuta renuntiatione, ſecundũ Bar.

b] ibi in delictone maleficia remaneant impunita: non eſt locus pœnitẽtiæ ex parte delinquẽtis: hic ex parte ei⁹ qui petit puniri: ſecundũ Bart.

t *Ceſſat.* quia quaſi publica eſt accuſatio, & pro priuato crimine tãtum ſolet noxalis actio dari: vt ſupra de ædil. edic. quis ſit fugitiu⁹.§. quod aiunt. ver. noxas.

u *Et in eum.* ſ. ſeruum.

x *Actionem.* id eſt accuſationẽ. ſic in authẽ. de ſanc. epiſcopiſ. §. ſi quis autem pro pecuniaria.col.ix.nam & ſupra ea. l.§. aduerſus. de accu.locutus eſt.& abſit vt credam actionem ciuilem dari in ſeruum, ſecundum Ioan. & Ir. Alij dicunt hic ſpeciale: vt ſupra vi bo.rap.l.antepe.§.pen. vel dic etiam ciuilem: & dices in ſeruum, ſcilicet factum liberum.vel in ſeruum, id eſt in dominum nomine ſerui. ſic ſupra de iuriſ.omn. iudi.l.ſi familia.& ſic intelligitur vi bono.rapt.

y *Ibi.* id eſt in ſepulchro.

z *Noxale iudicium.* quia non eſt tam graue delictum, vt criminaliter ſit puniendus.H.

a *Poſſe.* ſunt enim quædam ſepulchra adeo parua, vt in eis domunculam habere non poſſet.

D b *Popularis.* veruntamen ei cuius intereſt, primo competit: vt.ſ. l.iij.in princ.ſic &.ſ. ne quid in lo.pub.l.ij.§.ſi quis. verſi. aduerſus eum.&.§.hoc interdictum. &.ſ.de libe. ho.exhib.l.iij.§. hoc interdictum.&.C.de adulte.l. quamuis adulterij. &. j. de popu. act.l.iij item facit ad hunc.§.ſ.ad Sil.l.j.in fin.

SEpulchra.] CASVS. Sepulchra hoſtiũ quę cepim⁹, nõ ſunt apud nos religioſa. vnde ꝗ deſtruit ea, nõ tenetur hac act.Frãc.Acc.

c *Non ſunt.* nec noſtra eis: vt.ſ.de reli.l.cum loca.in fin.

VTimur.] CASVS. In fundo meo habebã ſepulchrum. vẽdidi fundũ excepto ſepulchro. dicitur ꝙ non poſſum agere contra emptorem, vt det mihi iter ad ſepulchrum. Franc. Accur.

d *Adeundorum.* quod eſt verum ſi in venditione excipit ſepulchrum: vel ſi eſt ibi publicum iter: alioquin tranſit cum prædio: vt ſupra de relig.l.ſi venditor. & de act. emp.ſi mercedẽ.§.ſi eum fundum.& facit de cõtrahen.empt.l.qui fundum.j.§.in lege.quidam tamen dicunt tacite ſemper exceptum, quod nihil eſt.

e *Legibus.* id eſt pactis. ſic ſupra depoſi.l.j.§.ſi conueniat.

f *Cauetur.* id eſt caueri ſolet. quod ſi non fuerit cautũ, dic idem: ſi modo ſepulchrum fuerit exceptum: vt modo dixi.

quæ in fundis ſunt: iter eius, * aditus ambitus [a] funeris faciendi ſit.

VI. IVLIANVS *libro decimo Digeſtorum.*

2 SEpulchri violati actio in primis datur ei ad quē res pertinet: quo ceſſante ſi alius egerit, quamuis reipublicæ cauſa abfuerit dominus, [b] non debebit ex integro aduerſus eū qui litis ęſtimationē ſuſtulerit, [c] dari. Nec poteſt videri deterior fieri conditio eius qui reipublicę cauſa abfuit: cū hęc actio nō ad rem familiarem eiuſdē, magis † ad vltionē [d] pertineat.

VII. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SEpulchri deteriorē cōditionē fieri prohibitū eſt: [e] ſed corruptū & lapſum monumētū corporibus nō cōtractis [f] licet reficere.

VIII. MACER *libro primo Publicorum.*

3 SEpulchri violati crimē poteſt dici ad legē Iuliam de vi publica pertinere [g] ex illa parte, qua de eo cauetur ꝗ fecerit quid quominus aliquis funeret᷑, ſepeliatúrve: quia & ꝗ ſepulchrū violat, facit quo quis minus ſepultꝰ ſit. [h]

IX. IDEM *libro ſecundo Publicorum iudiciorum.*

DE ſepulchro violato actio quoque pecuniaria [i] datur.

X. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

QVæſitū eſt, an ad heredē neceſſarium, cum ſe bonis non

a *Ambitus*. id eſt circuitus. vel abitus, ſcilicet ad redeundum: & aditus. ſcilicet ad veniendum: & iter comprehendit vtrumque: quaſi duo ſequentia exponant primum.

S*Epulchri.*] CASVS. Actio ſepulchri violati datur in primis ei ad quē id ſpectat. ſed ſi ille abeſt, & alius egit, & obtinuit: amodo ille cuiꝰ intereſt, reuerſus ſi velit agere, nō auditur. Franc. Accur.

* iter ei. al. eis.

b *Dominus*. id eſt is ad quem ea res pertinet.

c *Suſtulerit*. i. ſoluerit, vel etiam acceperit: vel etiam tantū lis conteſt. fuerit: vt. s̃. l. iiij. §. ſi is. nec enim in petitione pœnarū auxiliū proditum eſt: vt. s̃. de mino. l. auxiliū. Sed contra. s̃. ex qui. cau. ma. l. ſi qua militi. & ibi not. gloſ. j. in fin. Sol. ibi tempore lædebatur: hic per hoc quòd alius egit, & exegit: facit infra de popu. act. l. iij.

† ſed magis.

d *Ad vltionem*. & ideo in bonis noſtris non eſt ante lit. cōteſt. vt hic, & j̃. de verb. ſigni. l. ſi cui. &. s̃. tit. ij. l. iniuriarum. & de acquir. here. l. pro herede. in fine. ſic in actione iniuriarū: vt. s̃. tit. ij. l. iniuriarum. ſed videtur huic cōtra. s̃. l. iij. §. qui de ſepulchri. vbi dicit dari ad intereſſe. ſed certe licet veniat ad intereſſe, nō tamen ad intereſſe datur tantum, vt ibi. vel dic, venit ſecundario.

S*Epulchri.*] CASVS. Sepulchrū deteriorari prohibitū eſt: corruptum autē ſiue deſtructum poteſt quis reparare ſiue reficere, corporibus quæ ibi ſunt, non contrectatis. Acc.

l. 20. §. vlti. s̃. de acquir. hered. Aug. lib. 2. c. 72.

e *Prohibitum eſt*. vt. C. eo. l. qui ſepulchra. & ſupra eo. l. ij in princ. Accurſius.

f *Non contactis*. aliàs contractis: & aliàs cōtrectatis. & facit. s̃. de mor. inferen. l. j. §. prætor. vſq; in fi. & facit. C. de relig. l. j. in fi. Ac.

S*Epulchri.*] CASVS. Crimen ſepulchri violati pertinet ad. l. Iuliā de vi, in ea parte eius qua cauetur, qui fecit quo minus aliquis funeretur, ſepeliatúrve: cum & violando ſepulchrum, fit quo minus quis ſepultus ſit: & ſic ea lege poteſt accuſari. Fr. Acc.

g *Pertinere*. vt. s̃. de iniu. l. prætor. §. j. & infra ad legem Iul. de vi pu. l. qui cœtu. & ſupra eo. l. ij. §. aduerſus. Accurſius.

h *Sepultus ſit*. vt ſupra de mor. inferen. l. j. in fin.

i D*E ſepulchro. Pecuniaria*. vt ſupra eo. l. iij. §. aduerſus. in prin. &. §. j. non ſolum criminalis.

Q*Væſitum eſt.*] CASVS. Dicitur quòd hæc actio pro ſepulchro violato competens, vadit ad filium defuncti, licet non ſuccedat patri: nec per hoc videtur ſuccedere. Franc. Accur.

k *Immiſcuiſſet*. quod ei licet per prætorem: vt ſupra de acquir. here. l. neceſſariis.

l *Aequum*. non ſeruato iuris rigore: vt. s̃. eo. l. iij. in prin. & facit ſupra de iniu. l. non ſolum. §. j. & de cap. demi. l. eas. Accur.

m *Si egerit*. ſicut quilibet ageret.

n *Etſi*. id eſt quamuis.

o *Obtigit*. ſcilicet filium.

p *Perſecutione*. vel quod in hereditate æſtimetur, cum ad liberos tranſeunt hæc iura, & non ad heredes: vt. s̃. de relig. l. vel quæ. & facit. s̃. de acqui. here. l. pro herede. §. fi. &. s̃. eo. l. ſepulchri violati. in fin. &. j̃. de popu. act. l. penul. &. j̃. de verb. ſignifi. l. ſi cui.

R*Ei.*] CASVS. Qui corpora extraxit de ſepulchro, vel oſſa: ſi eſt humilis, decapitatur. ſi eſt honeſtꝰ, in inſulā deportat᷑. Fr. Ac.

q *Rei ſepulchrorum*. id accuſati.

miſcuiſſet, [k] actio ſepulchri violati pertineret. Dixi, rectè eum ea actione experiri, quę in bonum & æquum [l] cōcepta eſt. Nec tamē ſi egerit, [m] hereditarios creditores timebit: cum etſi [n] per hereditatē obtigit [o] hæc actio, nihil tamē ex defuncti capiat᷑ volūtate: neq; id capiatur, qđ in rei perſecutione. [p] ſed in ſola vindicta ſit conſtitutū.

XI. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

B REi ſepulchrorū [q] violatorū ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint: humilioris quidē fortunæ ſummo ſupplicio adficiūtur: honeſtiores in inſulam [r] deportantur: aliàs autē relegantur, aut in metallum damnantur.

## DE CONCVSSIONE.

## TITVLVS XIII.

I. VLPIANVS *libro quinto Opinionum.*

SI ſimulato [s] præſidis iuſſu concuſſio interuenit, ablatum eiuſmodi [t] terrore reſtitui præſes prouinciæ iubet, [u] & delictum coërcet. [x]

II. MACER *libro primo Publicorum iudiciorum.*

C COncuſſionis iudiciū publicū non eſt: [y] ſed ſi ideo pecuniā quis accepit, quòd crimen minatus ſit: poteſt iudiciū [z] publicum eſſe ex ſenatuſcōſultis [a] quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur qui in accuſationem in-

A r *In inſulam*. hic not. ꝙ ciuiliter agitur actione in factū ad. c. vel. cc. aure. vt. s̃. l. iij. in princ. &. §. j. itē criminaliter, & tunc ſecūdum qualitatē perſonarum & factorum: vt hic, &. s̃. l. iij. §. aduerſus. & l. ſepulchri violati crimē. ſed & alibi dicitur ꝙ decem pondo auri dat fiſco: vt. C. eo. l. qui ſepulchra. vnde poteſt dici, ꝙ quādo ipſa corpora extraxit, vel cōtrectauit, habeat locū qđ hic dicitur: aliàs qđ in illa. l. ꝗ ſepulchra. vt ibi plene diximus.

DE CONCVSſione.

*DE concuſſione autē id eſt de terrore iniecto pecuniæ vel rei alicuius extorquendæ cauſa, eſt priuata actio ex edicto de calumniatoribus, & ex hoc titulo extraordinariū crimen. Et quibuſdam caſibus publicum, vt declarat. l. 2. Cuia.*

s S*I ſimulato*. Quod nō eſt, ſimulo: deſſimuloque quod eſt. Dixit ergo officialis, qđ præſidis iuſſu debebat quēdā capere: & nō dixit verum: & propter hunc timorem aliquid fuit ei datum: vt faciūt nuncij communis. Accurſius.

t *Ablatum eiuſmodi*. aliàs ablatū huiuſmodi terrore: & tunc plana. aliàs ablatū eſt in omni tēpore: & tunc ſpeciale, vt præſcriptione nō tollatur: vt. C. ad lega. Corne. de fal. querela. aliàs ablatū eiuſmodi tempore. id eſt hoc quod auferatur. Et no. quòd hoc crimine tenetur qui occaſiōe alicuius dignitatis quam habet, vel officij, aliquos premit: vt argu. C. de condict. ob. tur. cau. l. quod euitandi. & quandoque ſine officio: vt infra. l. proxi. ij. reſpon.

u *Iubet*. actione in factum. Accurſius.

x *Coercet*. extra ordinem: & hoc accuſatione inſtituta. ad quod ſupra de priua. deli. l. fin. & de fur. l. fin. Accurſius.

C*Oncuſſionis.*] CASVS. Accuſatio de concuſſione non eſt publica. ſi autem quis accepit pecuniam à me, ne me accuſaret de quodam delicto: poteſt accuſari lege Corne. de fal. qua cauetur ne quis accipiat pecuniam ob accuſandum, vel non accuſandum. & hæc accuſatio eſt publica. Franc. Accurſius.

y *Publicum non eſt*. ſ. ſemper: ſed aliquādo ſic. & hoc eſt, ſed ſi, &c. D Eſt ergo priuatū, vt tantùm ille qui paſſus eſt concuſſionē, poſſit etiā criminaliter accuſare, niſi in caſu qui ſequitur, ſecundū Azo. & H. & omnes. vel potes dicere ꝙ ſemper eſt priuatū, etiā ſi detur ex cauſis ſeq. nec enim ibi dicit ꝙ hoc ſit publicū: ſed ſi accuſatio. l. Corn. de fal. inſtituatur: quæ poteſt inſtitui, vt ibi dicit: publicū eſt: quia illa accuſatio publica eſt: vt. j̃. de publi. iud. l. j. Accur.

z *Iudicium*. ſcilicet concuſſionis. & hoc ex ſenatuſconſul. id eſt argu. horum ſenatuſcon. quæ inducunt aliam accuſationem publicam: vt per hoc etiam [a] ſit hæc publica. vel dic iudicium, ſcilicet legis Cornel. de fal. vt non dicat de crimine cōcuſſionis quòd ſit publicum, licet habet locum, ſed erit priuatum: vt modo dixi.

a] Bal in. l. ſi quis cum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & Alexan. in. l. cum ſeruus. ff de condi. ob cau. dicunt iſtā gl. ſingu. ad hoc quòd crimē tunc dicitur publicū, quando lex dicit agi ex lege publicorū iudiciorum. Bol.

a *Ex ſenatuſconſultis*. Liboniano & Voluſiano: vt. j̃. ad. l. Cornel. de fal. l. j. in princ. ſecundū quoſdam. ſed certe ibi non eſt mentio horū ſenatuſcon. ſed habetur. j̃. ad. l. Iul. de vi pri. l. ex ſenatuſcon. & not. hunc teneri hoc crimine: vt hic. item crimine fal. vt hic, & j̃. de fal. l. j. §. j. &. l. Iul. repe. vt infra ad. l. Iul. repe. l. eadem. Item. l. Remmia, ſi accepit vt non accuſaret: vt. j̃. ad Turpil. l. j. in princ. Itē edicto de calum. vt. s̃. de calum. l. j. §. j. an autē vna per aliā tollatur, dic vt ibi. Item ad hanc legem in eo. titu. de calum. l. ſi ab eo.

*Denuntiandum.*

a *Denuntiandum.* id eſt dicendum.

## DE ABIGEIS.

*Dicit hic Bartolus, quòd quidã habẽt de ambigeis: ſed ſecundũ eũ melius ſtat de abigeis: quia venit de abigo, gis. quod idẽ eſt quod ſubtraho ſubtrahis.*

*Abigeatus quoq; crimen extraordinariũ eſt. ſed eſt etiã in ambigeos quaſi in fures ordinaria furti actio ſi quis hac vti malit l. 1. C. eo. quanquã abigei latrones potius ſint quã fures. l. 9. §. Imp. locat. maxime ſi cũ gladio pecora aliena deprædentur, vt plerumq; faciunt. l. 2. hoc tit. & placet quod de his puniendis l. 1. refert Hadrianũ reſcripſiſſe conſilio Bæticæ. erãt enim Hiſpani olim maximi abigei, adeo vt Iberos poeta dicens intelligat abigeos. & recte conſilio, vt in Græco, πρὸς τὸ συνέδριον. Placet etiã quod. l. 3. lenius coerceri, vt alias emendauimus, qui ex ſtabulo abigunt quã qui ex ſylua vel grege. durius enim ſtatuitur in eos quibus patet maior furandi copia. Iuſtinus de Scythis. Nullũ ſcelus apud eos furto grauius, quippe ſine tecto munimẽtoq; pecora & armẽta habẽtibus quid ſaluũ eſſet ſi furari liceret? Cuiac.*

* Procõſuli Bœticæ, infra ad l. eg. Corn. de ſicar. l. lege Corn. Taurini proconſulis Veticę mentio fit.

...nocentiũ coierint, quíve ob accuſandũ vel non accuſandũ, denuntiandũ [a] vel non denuntiandum teſtimoniũ, pecuniã acceperint.

## DE ABIGEIS.
## TITVLVS XIIII.

I. VLPIANVS *libro octauo de officio Proconſulis.*

DE abigeis puniendis ita diuus Hadrianus conſilio * Veticæ reſcripſit: Abigei cũ duriſſimè puniũtur, [b] ad gladiũ damnari ſolẽt. Puniuntur autẽ duriſſimè non vbiq;, ſed vbi frequẽtius eſt id genus maleficij: [c] alioquin [d] & in opus & nõnunquam temporarium dantur.

Abigei autẽ propriè hi habentur, qui pecora [e] ex paſcuis vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudiũ quaſi artẽ exercent, equos de gregibus, vel boues de armẽtis abducentes. Cæterùm ſi quis bouem † aberrantẽ, vel equos in ſolitudine relictos abduxerit: nõ eſt abigeus, [f] ſed fur potius. Sed & qui porcam vel caprã vel veruecem [g] abduxit: [h] non tam grauiter quàm qui maiora animalia abigunt, plecti [i] debet. Quamquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, vel etiã gladij præſtituerit: [k] attamen qui honeſtiore loco nati ſunt, non debent ad hanc pœnã pertinere: ſed aut relegandi erunt, aut mouẽdi [l] ordine. Sanè qui cum gladio abigunt: nõ iniquè beſtiis obiiciuntur. [m] Qui pecora de quorũ proprietate faciebat cõtrouerſiã, abegit: vt Saturninus quidẽ ſcribit, ad examinationem ciuilem remittẽdus eſt: [n] ſed hoc ita demũ probandum eſt, ſi nõ color [o] abigeatus quęſitus eſt, ſed verè putauit [p] ſua, iuſtis [q] rationibus ductus.

† Oberrantẽ ouẽ nõ eſſe abducendã ſed domino reſeruandã iubet Deus Deu. ca 22.

DE abigeis.] CASVS. Hadrianus reſcripſit de pœna abigeis imponẽda, & dixit: cũ abigei puniuntur grauiſſimè: damnãtur ad gladium. & non ſemper hæc pœna imponitur: ſed quotiẽs hoc crimen frequẽter contingit. cum autẽ non cõtingit frequenter: in opus metalli ad tẽpus damnãtur. & illi dicuntur abigei, qui pecora ex paſcuis vel ex armẽtis ſubripiũt, quaſi hanc artem habentes. ſi enim oues errãtes abducã: fur ſum, non abigeus. Item qui abducit capram vel ouem, hãc artẽ habens: minus punitur quàm ſi minora animalia abduxiſſet. Item licet Hadrianus pœnã gladij vel operis metalli impoſuit: hoc verũ eſt in humilibus. ſi enim de honeſtioribus ſunt: debẽt relegari, aut ab ordine moueri, niſi cum gladio abigerẽt. nam tunc beſtiis ſubiiciũtur. Vltimo dicit: ſi cum eſſet quæſtio inter me & te de proprietate ouiũ, interim pecora abegi, ceſſat hoc crimen: niſi callidè ſiue doloſè litem hãc feciſſem ad hoc vt poſtea ea abigerẽ. Fran. Acc.

b *Puniuntur.* id eſt puniri ſolent.

c *Id genus maleficij.* vt ita alij terreantur: vt. C. ad. l. Iulia. repe. l. j. & infra de pœn. l. capitalium. §. pe. &. l. aut facta. §. fin. & argu. ſupra ad Velle. ſed ſi ego. in fin. &. C. de ſer. expor. [a] l. moueor. & ſupra de re. eo. qui. ſub tu. l. quamuis. in fine.

a] ſi ſer. exporue.

d *Alioquin.* id eſt ſi non ſit frequentius.

e *Qui pecora.* decem oues, vel quatuor porcos vel equos: non minorem numerum: niſi & artem faciant: vt ſtatim dicam. & facit in auth. de nupt. ſi igitur. colla. iiij.

f *Non eſt abigeus.* niſi hoc quaſi artem exerceat, ſecundum Ioan. alioquin contra infra eo. l. fin. ibi, equum. & facit ſupra de incen. Pedius. §. j. & infra de pœnis. l. aut facta. §. quantitas.

g *Veruecem.* aliàs verbicem, & aliàs herbicem.

h *Abduxit.* quaſi artem exercendo: ne obſit ſuperioribus, & ei quod dicitur infra eo. l. oues.

h *Abduxerint.* animo doloſo: non vt domino reddant.

i *Plecti.* infra de accu. l. leuia.

k *Præſtituerit.* vt ſupra ea. l. in princ.

l *Mouendi.* aliàs amouendi: & aliàs mouendi. Accurſius.

m *Obiiciuntur.* ad hoc quod ſecundum conditionem perſonæ. ſ. de incen. l. Pedius. §. j. & de extraordi. cri. l. annonam. & ſupra de
A ſepul. viola. l. iij. §. qui de ſepulchri.

n *Remittendus eſt.* ceſſante criminali: quia dolo caret. & facit. C. ad leg. Fla. de plag. l. præſes.

Crimen abigeatus non eſt publicum: ſi tamen cum gladio quis abigit oues vel pecora, beſtiis dãnatur. Franciſcus.

B II. MACER *libro primo Publicorum iudiciorum.*

ABigeatus crimen publici iudicij non eſt: quia furtum magis eſt. Sed quia plerumque abigei & ferro vtuntur, ſi deprehendentur, ideo grauiter [r] & puniri eorum admiſſum ſolet.

III. CALLISTRATVS *libro ſexto de Cognitionibus.*

OVes pro numero abactorũ [ſ] aut furem aut abigeum faciunt. [t] Quidã decem oues gregem eſſe putauerunt: porcos etiã quinque vel [u] quatuor abactos: equum, bouem vel vnum abigeatus crimen facere. Eum quoque
C plenius coërcẽdum, qui à ſtabulo abegit domitũ pecus: non à ſilua, nec grege. Qui ſæpius abegerunt, licet ſemper vnum vel alterũ pecus ſubripuerint, tamen abigei ſunt. Receptatores abigeorũ qua pœna plecti debeant, epiſtula diui Traiani ita cauetur, vt extra terrã Italiam [x] decẽ annis relegarẽtur.

o *Color.* id eſt niſi velit delictum occultare occaſione talis quæſtionis, ſicut quæuis res occultatur colore.

p *Putauit.* tunc enim quia dolo caret, nõ tenetur hoc crimine.

q *Iuſtis rationibus.* idẽ ſi non iuſtis, ſed quoquo modo ſuam credit, etiam errore iuris, cum ceſſet dolus: vt ſupra de lib. cau. l. igitur. §. ij. & ſic etiam expone quod eſt. C. de plagi. l. plagij criminis. ij. & facit ſupra loca. l. vtputa. & de ſeparat. [b] l. j. §. pe. Sed argu. contra. inſtit. vi bo. rap. §. quia tamẽ. ADDITIO. Dic quòd hoc ideo, quia iſta accuſatio requirit dolũ. ibi ſecus: & dic vt per Bar. hic, & ſupra ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fue.

b] eſt. §. interdum. l. uno.

r *ABigeatus. Grauiter.* quia beſtiis ſubiiciuntur: vt ſupra. l. j. §. abigei. verſi. quanquam. Item not. quòd ſine inſcriptione agitur hoc iudicio: vt. C. eo. l. j.

OVes.] CASVS. Secundum numerũ ouium ſubtractarũ eſt quis fur, vel abigeus. qui enim decem oues, vel porcos quinq; vel quatuor, vel vnum bouem vel equũ ſubripit, abigeus dicitur: & grauius punitur qui de ſtabulo accepit, quàm qui de ſilua. Item qui ſæpe ſubripit, licet vnaquaque vice vnam ouem, abigeus dicitur. Item receptatores abigeorum extra Italiam. x. annis ſunt relegandi. Franc. Accurſius.

ſ *Abactorum.* id eſt eorum quæ abducuntur, ſeu ſubtrahuntur. Neutraliter enim ponitur. vel dic animaliũ, hoc eſt ouium. nam impropriè videtur loqui, cum de ouibus inceperit in fœminino, & tranſit ad neutrum. Accurſius.

t *Faciunt.* & hoc cum non exercet quaſi ſtudium: quo caſu crimine abigeatus non tenetur, niſi. x. ſubripuerit.

D u *Vel.* pro ſaltem. vel pro etiam pone: & hoc cum is qui ſubripuit, velut artem exercet: alioquin contra. ſ. eo. l. j. §. abigei. Alij dicunt quòd hic de equitio vel armẽto: ibi non. & caue quia non dicitur quòd vnus equus ſit grex: ſed idẽ erit forte quod in porcis. ſ. quòd quinque vel quatuor faciunt gregem. Accurſius.

x *Extra terram Italiam.* ſi ergo non ſit de Italia, extra prouinciam ſuam. & facit infra de recepta. l. j.

## DE PRÆVARICATORIBVS.

*Præuaricatio eſt colluſio accuſatoris vel nuntiatoris cum reo, vt abſoluatur, publicum crimen in accuſatorem qui iudicio publico non ex animo egit, extraordinarium in aduocatum qui prodidit cauſam aduerſario, quæ proditio veluti præuaricatio eſt. ſed & in accuſatorem frequentius hodie extraordinarium. Cuiacius.*

PRæuaricator.] CASVS. Primo dicit quis eſt prçuaricator. & propriè præuaricator eſt qui accuſat aliquẽ, & fictitias probationes inducit, & veras omittit. aduocatus autem alicuius qui prodit cauſam ſuam, ſiue criminalẽ, ſiue ciuilẽ. & qui talis eſt animo: nõ propriè dicitur prçuaricator: punitur tamen extraordinẽ. & hoc dicit hæc. l. & ſeq. Franc. Acc.

UNED

# DE PRÆVARICATIONE. *

## TITVLVS XV.

I. VLPIANVS *libro ſexto ad Edictum Prætoris.*

PRæuaricator eſt † quaſi varicator: qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. quod nomẽ Labeo à varia certatione tractũ ait. nam qui præuaricatur, ex vtraq; parte conſtitit: * quinimò ex altera.[a] Is autem prẹuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit.[b] B Cẹterum aduocatus non propriè præuaricator [c] dicitur. Quid ergo de eo fiet? Siue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus ſit, hoc eſt prodiderit cauſam, [d] hic extra ordinem ſolet puniri.

II. VLPIANVS *libro nono de officio Proconſulis.*

SCiendum, quòd hodie his qui præuaricati ſunt, [e] pœna iniungitur extraordinaria. [f]

III. MACER *libro primo publicorum iudiciorum.*

PRæuaricationis iudiciũ aliud publicũ, aliud moribus [g] inductum eſt. nam ſi reus accuſatori publico iudicio ideo præſcribat, C quòd dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatũ, & abſolutum: cauetur lege Iulia publicorum, vt non prius accuſetur, quàm de prioris accuſatoris præuaricatione conſtiterit, [h] & pronuntiatum fuerit. huius ergo præuaricationis pronuntiatio [i] publici iudicij [k] intellegitur. Quòd ſi aduocato prẹuaricationis crimen intendatur, publicũ iudicium non eſt. nec intereſt, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur. [l] Si ideo quis accuſetur, quòd dicatur crimen iudicij publici deſtituiſſe, [m] iudicium publicum non eſt: quia neque lege aliqua [n] de hac re cautum eſt: neque per ſenatuſconſultum [o] quo pœna quinque auri librarum in deſiſtẽtem ſtatuitur, [p] publica accuſatio inducta eſt.

IIII. IDEM *libro ſecundo publicorum iudiciorum.*

SI is de cuius [q] calumnia agi prohibetur, præuaricator in cauſa iudicij publici pronuntiatus ſit, infamis [r] erit.

V. VENVLEIVS *Saturninus libro ſecundo publicorum iudiciorum.*

ACcuſator in præuaricatione conuictus, poſtea ex lege nõ accuſat. [ſ]

VI. PAVLVS *libro ſingulari de iudiciis publicis.*

AB imperatore noſtro & patre eius reſcriptum eſt, vt in criminibus quæ extraordinem obiiciuntur, præuaricationes * eadem pœna [t] adficiantur, qua tenerentur ſi ipſi in legem commiſiſſent, qua reus [u] per præuaricationem abſolutus eſt.

VII. VLPIANVS *libro quarto de Cenſibus.*

IN omnibus cauſis, prẹterquam in ſanguine, [x] qui delatorem [y] corrupit, ex ſenatuſconſulto pro victo habetur. [z]

---

a *Ex altera.* ſcilicet potius: quia præualet animus: vt hic, & ſupra de his qui not.inf.l.athletas.§.pe.& arg.j̃.de capti.l.nihil.

b *Accuſauerit.* fictitie admittẽdo falſas defenſiões, & bonas probationes diſſimulando: vt.j̃.ad Turpillianũ.l.j.§. præuaricatorẽ.

c *Præuaricator.* propriè: ſed impropriè ſeu abuſiuè. ſic. C.de aduo. diuer.iud.l.j.& punitur extraordinariè: ſicut & ille qui accuſans de publico crimine præuaricatur: vt hic ſubiicit, & dicta.l.C.&.j̃.l.proxi.

*In indice tit. De prẹuaricatione. In vulg.edi. De præuaricatoribus ſic & in manuſcr. l. 4. s̃. de his qui no.infa.

d *Prodiderit cauſam.* in qua patrocinatur, etiã ſi cauſa erat publica: vt j̃.l. præuaricationis.§. quòd ſi aduocato.

† Videĩ hũc locũ Va'lam lib.6. elegã. ca.50.

e *Sciendũ. Præuaricati ſunt.* propria vel abuſiua præuaricatione: vt no.s̃.l.proxi.in fi.

* conſiſtit.

f *Extraordinaria.* & infamia: vt.j̃.eo.l.ſi is.

PRæuaricationis.] CASVS. Iudiciũ præuaricationis eſt publicum quandoque: vt ſi abſolutũ de aliquo delicto volo eum adhuc accuſare, & ille dicat ſe abſolutũ: & ego replicem, & dicã primũ accuſantem præuaricatũ fuiſſe. hoc enim iudiciũ publicũ eſt. Item quandoque eſt moribus introductũ, id eſt priuatũ, ſi aduocatus de præuaricatione accuſetur, ſiue in cauſa priuata, ſiue criminali fuerit prẹuaricatus. Vltimo dicit: quidam accuſauit quẽdam de aliquo delicto: & deſtitit. non eſt publica accuſatio contra eum inducta, ſed.v.lib. auri punitur per Turpillianum. Fran. Accur.

g *Moribus.* quod eſt priuatum.

h *Conſtiterit.* vel niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: vt infra de accu.ſi cui.§.iiſdem. Item quid ſi iuramento ſe purgauit? Reſpon. vt ibidem not. & facit.s̃. de iureiur.l. eum qui.§.in popularibus.&.C.de accu.ſi quis homicidij: &.s̃.de libe.ho.exhib. l.quod & lex.§.ſi tamen plures.verſi.ſi tamen poſtea.

i *Pronuntiatio.* hoc eſt ſpeciale, vt de incidẽti quẹſtione pronuntietur: ea ratione, quia per eam ſententiã præiudicatur omnibus omnino, cũ nullus poſtea poſſit admitti ſi pronuntietur nõ præuaricatũ: quod non fieret in aliis except. vel dic nõ ſpeciale: quia hic principaliter ſecundus accuſator obiecta except. eſt repellendus propter abſolutionem: & quia dicebatur, non eſt ille præuaricatus, qui primo accuſauit. Secundus vero ait: & ego accuſo eum de præuaricatione: & ſic fecit. vnde differtur accuſatio donec pronuntietur: vt & aliàs.j̃.de adulte.l.denuntiaſſe.§. quæritur. Azo. & adde hic quæ not.s̃.de iudi.l.de qua re.

k *Publici iudicij.* imò non publici: vt. s̃. de ritu nupt.l.palam.§. ſenatus.verſi.ſi qua calumniæ. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

l *Dicatur.* ſcilicet aduocatus. facit.s̃.l.j.in fin.& quod ibi not.

m *Deſtituiſſe.* i.nõ inſtituiſſe. nam ſi inſtitutũ deſeruiſſet, nõ video quomodo Turpil. euitaret: vt.j̃.de decu.l.ſpurij.§.qui iudicij. vel dic ꝙ alius omnino eſt ſenſus huius.§. ſcilicet ꝙ accuſatio Turpil. nõ eſt publica accuſatio: ſed bene habet locũ Turpil. ſed ſecundũ hoc dicas eũ incepiſſe, & poſt deſtitiſſe: vt.C.ad Turpil.l.j. Item no. hic pœnã Turpil. ſcilicet.v.librarũ auri. Item infamia. Itẽ pœna promiſſa pro exhibitione, & extraordinaria pœna: vt.C.e.l.ij. &.j̃.de cuſto.reo.l.iiij. &.C.qui accu.nõ poſ.qui crimẽ. ſed videtur in quarta parte bonorũ puniri: vt.C.intra certũ tẽp.l.j. cõtra. ſed ibi deſtitit tacendo, & permittẽdo labi bienniũ. hic expreſſè.

n *Neque lege aliqua.* ſcilicet publicorum iudi. & eſt bona ratio: vt infra de publi.iudi.l.j.

A o *Senatuſconſultum.* ſcilicet Turpillianum.

p *Statuitur.* ſcilicet regulariter. nam fallit in muliere ac minore: vt infra ad Turpil.l.j.§.accuſationem.

SI is.] CASVS. Mater ſi accuſat aliquos, quos dicit culpabiles de morte ſui filij: licet non probet, nõ poteſt de calumnia accuſari. ſi tamẽ dãnata eſt de prẹuaricatiõe, infamis eſt. idem in ſimilibus qui ſine metu calumniẹ accuſare poſſunt. quod dic vt in glo. Franc.

q *Si is de cuius.* ſi, id eſt quãuis. Sunt autẽ quædam perſonæ quæ licet videãtur accuſationes calumnioſas inſtituere, non tamen poſſunt de calũnia accuſari: vt mater mortẽ filij, item vir adulteriũ vxoris: vt. C. de calũm.l.mater.& de adulte.l.quãuis. ſunt & aliæ: vt no.s̃. de his qui no.infa.l.athletas.§.fi.

Calumnians non ſemper de calumnia accuſatur.

r *Infamis.* multo magis ergo alius de cuius calum. quæri poteſt: vt d.l.athletas.in fin. Acc.

ſ *ACcuſator. Non accuſat.* vt &.j̃.de accu.l.qui iudicio.&.j̃. ad Turpil.l.ij.& eſt ratio, quia infamis eſt: vt j̃.l.proxi.& infames nõ accuſant: vt.j̃. de accu. l.qui accuſare.

* præuaricatores.

AB imperatore.] CASVS. Si accuſo aliquem, & probationes bonas omitto, & fictitias dico, & ſic abſoluitur accuſatus: teneor eadem pœna qua tenerer ſi illud crimen commiſiſſem de quo illum accuſaueram. Franciſ. Accurſius.

t *Eadem pœna.* id eſt ſimili, ſcilicet extraordi. non autem dicas quòd in extraordi. ſit certa pœna.

u *Reus.* hoc eſt apertum ſi crimen erat ordinarium. ſed etiam ſi extraordinarium erat, idem eſt, vt ſimilis pœna quæ ſolet imponi accuſato & conuicto in tali crimine, imponatur iſti, ſecundum Azo. ad quod infra ad Turpil.l.& in priuatis.&.l.ſi quis repetere. & facit. C.de calum.l.fin.& de accu.l.fin.

D IN omnibus cauſis.] CASVS. Accuſatus corrupit accuſantem, ita quòd non fuit probatum crimen. dicitur quòd hic corrumpẽs pro victo habetur. & hoc eſt verum in omni crimine ex quo imponitur pœna minor ſanguine. Franc. Accurſius.

x *In ſanguine.* id eſt in quorum vindicta eſt pœna ſanguinis.

y *Delatorem.* id eſt criminis accuſatorem.

z *Habetur.* niſi appareat ab innocente extortam pecuniam: vt.C. de adulte.l.ſerui.& ſupra de calum.l.ſi ab eo. idem in cauſa fiſcali: vt infra de iure fiſ.l.eius qui. in princ.&.l. in fiſci.& facit infra de bon.eo.l.j.&.ij.in prin.&.C.de tranſact.l.tranſigere.

## DE RECEPTATORIBVS.

*Latronum occultator & receptator extra ordinem coercetur. Sed & priuata actione ex tit. De incendio, ruina & naufragio, & receptator ſeruorum fugitiuorum ex tit. De ſeruo corrupto & De fugitiuis. & ex Conſtitutionibus porrigitur etiam pœna extraordinaria ad eos qui aliorum criminum reos recipiunt dolo malo. Cuiacius.*

PEſſimum.] CASVS. Crimen receptatorũ peſſimum eſt. & reddit rationem, & iubet eos puniri vt latrones. idem in eis qui poterant capere latronem, & pecunia accepta vel parte rerum ſubtractarum, eum non ceperunt. Franc. Accur.

*Latrones.*

a *Latrones*.imò.x.annis à ſua terra debẽt exulare,licet receptꝰ aliter erat puniẽdus:vt.ſ.de abig.l.fi.§.fi. Sol.ibi ſpeciale in recipiẽte abigeũ:hic aliũ furẽ.vel dic perinde punitur, non tamen ſimili pœna.ſic.ſ.de peri.& cõmo.rei vẽd.l.cuſtodiã.& fa.ſ.quod met. cau.l.nec timorẽ.& de offi.præſi.l.cõgruit.& de incen. rui. nau.l. iij.§.nõ tãtũ. & ad Sil.l. iij.§.ſi quiſquã. & C.de his qui latro.l.ij.&C.de fabri.l.iij. &.j. de pœ.l. Metrodorũ.&.ſ.de fur. l.qui vas. §. qui furẽ. & C.de heret.auth.credẽtes. & omnes intellige quãdo fuit ſciẽs.&ignorantia preſumitur:vt.ſ. de probat. l. verius.niſi ſit notorium:[a] vt C.qui & aduer.quos.l.j.

Phocilides. Ἀμφότεροι κλῶπες καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. vide Plat.li.12. leg.

a] Alex. in l.ſi tutor.C. de pericu. tu. in Apoſ. ſuis ad Bar. reputat iſtã glo. ſin. ad hoc quòd notorium tollit ignorãtiæ preſumptionẽ, quæ aliàs præſumeretur. Bolog.

b *Accepta*.aliud ſi gratis.

c *Parte*.accepta.

E*os*.] CASVS. Qui cognatũ ſuum vel adfinẽ furẽ cõſeruauit: minꝰ punit̃ quã ſi extraneum conſeruaſſet.Fr.

d *Recipiũt*. No. aliquid fieri ratione ſanguinis, qđ aliàs nõ fieret: & ſic C.de codici.l.fi.§.pe.& de adult.l. quãuis. &.j. ad le. Iul. re.l.j.& de re mi.l.4.§.fi.&. l. milites ꝓhibẽtur.in princ. &.l. milites agrũ.§. pe. &.ſ. de iniur.l.lex Corne. in prin.& de iuriſ.om.iud. qui iuriſdictioni.Acc.

† Vide Ariſtotelem in ꝓble. part. 18. de his quæ ad mores & ius ciuile pertinent. & Victorium Variarum lecticonũ li.7. cap.17.

DE FVRIBVS balneariis.

*Facit.ſ.de offi.præfe.vrbis.l.penul.*

*Quod dixi tit*.1.2.11.12. *furtũ coerceri extraordinẽ, hoc hic titu. veriſſimũ eſſe cõprobat, qui & ſi cõceptus ſit de furibus balnearis, idẽ tamẽ cẽſet de furibus nocturnis, qui dormitatores ſunt Comico, diurni ſcilicet. Diurni igitur vel inter diarij fures extraordinẽ nõ coercẽtur, ſed priuato, forẽſi, ordinario iudicio in duplũ vel quadruplũ. At meminiſſe oportet paulatim omnia iudicia facta fuiſſe extraordinaria. et cũ primũ cœpit eſſe extraordinariũ in fures balnearios aut nocturnos, nõdũ erat etiã extraordinariũ in interdiarios. Sed poſtea placuit de omni furto agi cũ inſcriptione extra ordinẽ. Verũ enim lenius coercebũtur ſemper interdiarij quã balnearij aut nocturni. Balnearij ſunt veſtimẽtorũ fures, et inde ille Diogenis iocus in furẽ balneariũ,* ἐπαλλειμάτιον ἢ ἐπ᾽ ἄλλο ἱμάτιον. *inde etiã vſus capſariorum aduerſus fures balnearios.l.3.§.vlt.de off.præf.vig. Cuia.*

* i. actionẽ dupli aut quadrupli. Græci hoc loco.

F*Vres*.] CASVS. Quæſtiones de furibꝰ nocturnis extra ordinẽ cognoſcũtur:& puniũtur nõ vltra opus publicũ vſque ad tẽpus.Idẽ eſt ſeruãdũ in furibꝰ balneariis.ſed ſi fures ſe telo defendant vel effractores,vel his ſimiles,non tamen percuſſerunt aliquem:in metallum damnantur : honeſtiores autem relegantur.fures autem diurni conueniuntur ciuiliter. & dic de hoc vt in glo.Vltimo dicit:miles qui furtum in balneo ſiue badſtubẽ fecit, puta veſtitum alterius ſubripuit, remittitur à militia cum ignominia.& hoc dicit hæc lex cum duabus ſeq.Fran.

e *Audiẽdi ſunt*.aliàs audiẽdi:& tũc dic.i.de eis vel.i.ſi volebãt facere aliquã defenſionẽ,quia negẽt.aliàs puniẽdi: & tũc plana eſt.

f *Relegationis*.pœna.

g S*Ed ſi interdiu*.id eſt in die.

h *Ordinariũ*.ſ.vt ciuiliter agat̃ in duplũ vel quadruplũ:vt.ſ. de priu.deli.l.fi.j.rñ.Sed nũquid etiã diurnus fur poterit accuſari de crimine extraordinario?certe ſic:vt.ſ.de fur.l.fi.&.d.l.de priu. deli.in fi.ſed ideo.h.d.quia mitiꝰ punit̃:vt ar.j.ti.j.l.fi. ſic & alibi

A eſt inter eos differentia:vt.ſ.ad leg.Aquil. itaque. &.j. de ſica. l. furem.

i *Mitti*.id eſt remitti à militia.

## DE RECEPTATORIBVS. TITVLVS XVI.

I. MARCIANVS *libro ſecundo Publicorum iudiciorum.*

PEſſimũ genus eſt receptatorum, ſine quibꝰ nemo latẽre diu poteſt: & præcipitur vt perinde puniãtur, atque latrones.[a] In pari cauſa habẽdi ſunt, qui cũ adprehẽdere latrones poſſent, pecunia accepta[b] vel ſubreptorum parte,[c] dimiſerunt.

B II. PAVLVS *libro ſingulari de pœnis paganorum.*

EOs apud quos adfinis vel cognatus latro conſeruatus eſt, neq; abſoluẽdos, neq; ſeuere admodũ puniẽdos. Nõ enim par eſt eorũ delictũ, & eorũ qui nihil ad ſe pertinẽtes latrones recipiũt.[d]

## DE FVRIBVS BALneariis.† TITVLVS XVII.

I. VLPIANVS *libro octauo de officio Proconſulis.*

FVres nocturni extra ordinẽ audiendi ſunt,[e] & cauſa cognita puniendi: dũmodo ſciamus, in pœna eorũ operis publici tẽporarij modũ nõ egrediẽdũ. Idẽ & in balneariis furibus. Sed ſi telo ſe fures defendũt, vel effractores, vel cæteri his ſimiles, nec quemquam percuſſerũt, metalli pœna, vel honeſtiores relegationis[f] adficiendi erunt.

II. MARCIANVS *libro ſecundo iudiciorum publicorum.*

SEd ſi interdiu[g] furtũ fecerunt: ad ius* ordinariũ[h] remittendi ſunt.

III. PAVLVS *libro ſingulari de pœnis militum.*

MIles qui in furto balneario adprehenſus eſt: ignominia mitti[i] debet.

DE EFFRACTORIB. ET EXPILATORIBVS.

## DE EFFRACTORIbus & expilatoribus. TITVLVS XVIII.

I. VLPIANVS *libro octauo de officio proconſulis.*

DE his qui carcere effracto euaſerũt, ſumẽdum ſupplicĩ diui fratres Æmilio Tironi reſcripſerũt. Saturninꝰ etiã probat, eos qui de carcere eruperũt,[k] ſiue effractis foribus,[l] ſiue cõſpiratione cum cæteris qui in eadẽ cuſtodia erãt, capite[m] puniendos. q; ſi per neglegentiã cuſtodũ euaſerunt, leuius puniẽdos.

Expilatores,[n] qui ſunt atrociores[o] fures (hoc enim eſt expilatores) in opus publicũ vel perpetuũ vel tẽporariũ dari ſolẽt: honeſtiores autẽ ordine ad tẽpus moueri, vel fines patriæ iuberi excedere: quibus nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalibus impoſita eſt. Idcirco cauſa cognita liberũ erit arbitriũ[p] ſtatuẽdi ei qui cognoſcit. Simili modo & ſaccularij[q] & directarij[r] erũt puniẽdi, itẽ & effractores.[ſ] Sed enim diuus Marcus effractorẽ equitẽ Romanum, qui effracto[t] perforatóq; pariete pe-

C cuniã abſtulerat, quinquẽnio abſtinere iuſſit prouincia Africa vnde[u] erat, & vrbe, & Italia. Oportebit autẽ æque & in effractores & in cęteros ſupraſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout admiſſum ſuggerit:[x] dummodo ne quis in plebeio[y] operis publici pœnã, vel in honeſtiore relegatiõis[z] excedat.[a]

II. PAVLVS *libro ſingulari de officio præfecti vigilum.*

INter effractores* variè animaduertit̃. Atrociores[b] enim ſunt nocturni effractores: & ideo hi fuſtibus cæſi in metallũ dari[c] ſolẽt:

*Furibus adiũgũtur effractores.i.qui effringunt fores carcerũ vel domorũ.vel qui perfodiũt parietes alienarũ ædiũ vectularij, & expilatores.i. prædones qui ædes aut villas alienas expugnãt qui atrociores fures ſunt vel pluſquã fures.vt intelligatur hos etiã extra ordinẽ puniri. Nõ ideo tamẽ minus ſi quis malit, poterit in eos omnes pecuniariter experiri ĩ duplũ vel quadruplũ. Sed et iudicio publico ĩ expilatores et effractores. Verũ adiũgũtur etiã his ſub hoc titu. ſacculary, qui ex ſacculis alienis ſuppilãt pecunias neſcio qua arte, ſimiles ſectoribus Zonariis ſiue mãticulariis. et derectarij ſiue apertularij, cõfectores cardinũ. quibꝰ in cænaculis quæ ingrediũtur nihil eſt tã obſeratũ, occluſum, obſignatũ quod non aperiant. Cuiacius.*

Plato in Phędone ait non eſſe diſcedendum ex carcere. l. 3 .ſ. de offic præf. vig.

Aug.li.4.c. 17.

D*E his*.] CASVS. Capti qui effracto oſtio carceris fugerũt, vel conſpirant inter ſe: capite puniuntur. ſi autẽ fugerũt, quia nõ bene erat clauſum oſtium carceris, & ſic culpa cuſtodũ: leuiꝰ puniũtur. Item expilatores hereditatũ grauiꝰ q̃ fures puniri debent: & imponitur eis pœna arbitrio iudicis. Idẽ in ſacculariis & directariis : idem in effractoribus: licet miles quidam Roma.q effregit oſtiũ, & pecuniã ſubripuit, in quinquẽniũ fuit relegatus. Scias tamẽ q; hi omnes ſupradicti ſunt puniendi iudicis arbitrio: dũ tamẽ plebeiꝰ nõ cõdẽnet̃ vltra pœnã operis publici, honeſtꝰ autẽ vltra relegationem.Fr.

Crinit.li.17. c.8.

* in effractores.

k *Eruperunt*.i.qui fugerunt rupto carcere.

D l *Foribus*.i.oſtiis domus vbi erant in captiuitate.

m *Capite*.ad hoc.j.de cu.re.l.ĩ eos.&.j.de re mi.l.milites.ij.§.eiꝰ.

n *Expilatores*.hereditatum,& ideo melius ſtaret in tit.ſeq.

o *Atrociores*.quã fures.nec enim propriè ſunt fures:vt.ſ. de fur. l.hereditariæ.&.j.tit.j.l.ij.ſed raptores ſunt atrociſſimi : vt C. ex qui.cau.infa.irrog.l.ſi te.Accur.

p *Arbitriũ*.facit.j.de pœ.l.hodie.&.ſ.de iure deli.l.i.§.ait ꝑtor.

q *Saccularij*.expone vt.ſ.de extraor.cri.l.ſaccularij.in prin.

r *Et directarij*.aliàs diętarij.ad quę fa.ſ.de extraor.cri.l.ſaccularij.

ſ *Effractores*.effrangitur vt ſubripiatur:vt hic, &.j. effringitur vt euadatur:& tunc maiori pœna:vt.ſ.eo.in prin.

t *Effracto*.aliàs effracto,aliàs perforato.

u *Vnde*.ad hoc C.ſi ſeruus expor.ve.l.fi.

x *Suggerit*.ad quod.j.de pœn.l.aut facta.§.qualitate.Accur.

y *In plebeio*.non tamen nocturno effractore.R.vt.j.l.proxi.

z *Relegationis*.ſcilicet pœnam.Accur.

a *Excedat*.niſi in caſu:vt.j.l.proxi.

b I*N effractores. Atrociores*.quàm diurni.Accur.

c *Dari*.ſ.de bo.liber.l.quæro.

## DE CRIMINE EXPILATÆ HEREDITATIS.

diurni verò effractores poſt fuſtiū caſtigationem in opus perpetuū vel temporarium dandi ſunt.

## EXPILATÆ* HEreditatis.

## TITVLVS XIX.

I. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

SI quis alienā hereditatem expilauerit, extra ordinē ſolet coërceri per accuſationē [a] expilatæ hereditatis: ſicut & oratione diui Marci cauetur. B

II. VLPIANVS *libro nono de Officio Proconſulis.*

SI expilatæ [b] hereditatis crimē intendatur, præſes prouinciæ cognitionē ſuā accōmodare debet. Cū enim furti agi non poteſt, ſolum ſupereſt auxilium præſidis.

Apparet autē expilatę hereditatis crimē eo caſu intēdi poſſe, quo caſu furti agi non poteſt, ſcilicet ante aditā hereditatē: vel poſt aditam antequā res ab herede poſſeſſæ ſunt. [c] nā in hūc caſum furti actionē nō cōpetere [d] palam eſt: [e] quamuis ad exhibendum agi poſſe, ſi qui vindicaturus exhiberi deſideret, palam ſit.

III. MARCIANVS *libro ſecūdo publicorum Iudiciorum.*

C DIuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, electionē eſſe, vtrū quis velit crimē expilatæ hereditatis extra ordinem apud pręfectum vrbi vel apud præſides agere: [f] an hereditatē à poſſeſſoribus iure ordinario [g] vindicare.

IIII. PAVLVS *libro.3. Reſponſorū.*

REs † hereditarias omniū heredum fuiſſe cōmunes: [h] & ideo eum qui expilatæ hereditatis crimen obiecit, & obtinuit, [i] etiā coheredi profuiſſe videri.

V. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

VXor expilatæ hereditatis crimine idcirco nō accuſatur, quia nec furti cum ea [k] agitur.

VI. PAVLVS *libro.1.ad Neratium.*

SI rē hereditariā, ignorās in ea cauſa eſſe, ſubripuiſti: furtū te facere reſpōdit. [l] Paulus: rei hereditariæ furtū nō * fit: ſicut nec ei⁹ quæ ſine domina [m] eſt: & nihil mutat exiſtimatio [n] ſubripientis.

## STELLIONATVS.†

## TITVLVS XX.

I. PAPINIANVS *libro primo Reſponſorum.*

ACtio [o] ſtellionatus neq; publicis iudiciis, neque priuatis [p] actionibus cōtinetur. [q]

II. VLPIANVS *libro.8.ad Sabinū.*

1 STellionatus [r] iudiciū famoſum quidem nō eſt: ſed coër-

*Expilatoribus ſtatim adiūgit ſpeciale crimē expilatæ hereditatis quod iudicio furti ſubditur ſuccidaneū, propterea quod hereditati furtū nō fit. Hereditas enim hic eſt quæ nōdū adita vel poſſeſſa eſt. Nec puto ex hoc crimine aliud eſſe iudicium priuatum vel publicum. Cuiacius.*

a SI *quis. Accuſationē.* & eſt pœna: vt.s̃.de effra.l.j.§.j. Et not. ꝙ actio ciuilis ex hoc crimine nō datur: quod non eſt in aliis criminibus. ſed poteſt dici actionē in factū dari ad recuperādū poſſeſſionē. arg.s̃. de præſcri.ver.quotiēs. Itē ex eo probatur quia lex dicit negari hoc iudiciū: quia datur famil. erciſ. qđ nō diceret niſi aliqua ciuilis daretur, qua recuperarētur res: vt C.fa.erciſ.l.aduerſus. ciuilis enim fa.erciſ. per hāc criminalē, vel ecōtra, tolli non poſſet: vt C.quando ciui.act.l.j.

* De crimine expilatæ.

SI *expilatæ.* ] CASVS. Cū agitur de crimine expilatæ heredi. pręſes debet cognitionem ſuā interponere. nā cū furti agi non poſſit: hoc ſolū auxiliū ſupereſt. habet ergo hoc crimē locū cū furtū fit ante aditā heredi. vel poſt aditā ante apprehēſa bona ꝑ heredē: & ſic furti actio nō cōpetit. Secūdo dicit: eſt ī electione heredis, vel agere hoc crimine, vel petitione heredi. Tertio dicit: ſi vnus heredū agit hoc crimine cōtra expilatorē hereditatis, & obtinet: prodeſt aliis heredibus. qđ dic vt in gl. Quarto dicit: vxor defuncti ſi ſurripuit de hereditate viri poſt mortem eius: nō tenetur hac act. cū nec furti ipſa poſſet teneri. Quinto dicit: ſurripui rem hereditariam, credēs eam non eſſe hereditariam. dicitur quòd bene teneor hoc crimine: nec prodeſt mihi mea incredulitas. & hoc dicit hæc.l.cum quatuor ſeq. Fran.

Cic. lib. 7. epiſt. ad Trebell. Illuſeras heri, &c.

b *Si expilatæ.* ſcilicet ante aditam hereditatem: vt & C.eo.l.j.in fi. &.s̃.re.amo.l.contra nurum.§.fi. niſi in caſibus: vt.s̃.de fur.l.hereditariæ.&.l.ſeq.&.l.eum.§.ſi res.

c *Poſſeſſæ ſunt.* vel ab alio: quia tunc poſſet agi furti: vt.s̃. de vſucap.l.ſi homo.in fi. Accur.

d *Cōpetere.* nec alia accuſatio ꝓ crimine. ſecus ſi aliqua ciuilis detur ꝓ hoc crimine: vt.d.l.aduerſus. C.famil.erciſ. hæ autē quę ſequūtur, ratione poſſeſſionis dātur, nō delicti: vt hic, &.j̃.l.proxi.

e *Palam eſt.* vt &.s̃.de vſucap.l.ſi homo.& de fur.l.ſi is.§.j.&.l.ſi vendidero.& de acquirē.poſſeſ.l.cū heredes.& ad Trebe.l.facta. D in prin. Sed eſt contra. C.de fur.de his. Sol. vt ibi.

f D*Iuus Seuerus. Agere.* qui de talibus cognoſcunt.

g *Ordinario.* aliàs ordinario, & aliàs hereditario.ſ.per peti. here. ſi poſſideāt ꝓ herede, vel ꝓ poſſeſſore: qđ hic erat. Sed cōtra C.e.l.fi. vbi dicit̃ dari in locū deficiētis actionis hui⁹ criminis accuſatio: hic autē erat alia actio: vt dicit. Sol. vt ibi. Itē cōtra. C. fa. erci.l.aduerſus. vbi dicit̃ ceſſare hāc actionē, ſi habet locum alia. Sol. ibi ceſſabat hæc actio: nō quia alia actio cōpetebat: ſed quia hoc crimē cōmiſſum nō erat: cū coheres magis ſuo iure vti, q̃ criminis cōſiliū videat̃ iniſſe: vt.s̃.pro ſoc.l.merito. vel aliter vt ibi. Itē cōtra.s̃.de mi.in cauſæ. vbi nō habet locū extraordinarium, ſi habet locū ordinariū. at hic dicitur cōtra. Sol hic nō ad idē: cū vnum ciuiliter, aliud criminaliter detur. Itē quæritur: ſi egi criminaliter, an poſſim agere ciuiliter? P. nō: quia intellexit.l.j. C. quādo ciui.act. quādo eſt publica accuſatio, & ciuilis actio: nō quādo priuata ordi. vel extraordi. ꝓ quo.s̃.de fur.interdū. ij.§. qui furē. &.s̃.vi bono.rap.l.ij.§.hoc edicto.& inſti.de iniu.§.in ſumma.& quod hic dicitur. qđ nobis nō placet: vt no.in.d.l.à pleriſq;. [a] alij dicūt idē quod dicit P. ſed alia ratione.ſ.ſpecialitatis: vt & in criminalibus.ſtel. vt C.de cri.ſtel.l.j. vel verius dicas vnā per aliā nōn tolli: A ar.d.l.quando ciui.ac.l.j.& etiam dixi.s̃.e.l.j. Accur.

a] Quæ eſt lex. C.quādo ciuilis ac.

h R*Es hereditarias. Cōmunes.* Videri dicim⁹: vt in fi.l.j. Prima enim facie ſic præſumit̃ nō tamē eſt præſumptio cui omnino ſit ſtādū: vt C.res in.alios act.l.j.&.j̃.de ap.à ſentē. Itē acta inter aliquos adeo nō præiudicāt īter alios, ꝙ nec pręiudicāt inter eos, niſi teſtes præſente aduerſario ſint producti: vt C. de teſti.l. ſiquādo. in fi.

i *Et obtinuit.* probando res fuiſſe hereditarias. amodo enim ſi ali⁹ agat nō habebit neceſſe ꝓbare. Azo. Sed H. cōtra. & facit.j̃. de ap. l. ſi qui ſeparatim.§.fi.&.s̃.fam. erciſ. heredes.§.idē ſcribit.& ſi ſer.vin.l.loci.§. ſi fund⁹. & C. de diuer. re.l.j.&.s̃.de bo. au. iu. poſſ.l.cū vnus.in princ. & de re iudi.l.ſæpe.

† Not. iſtum text. ad hoc quòd probatio nō facit ius vbi ſententia nō facit ius & hoc clarè probat iſte text. iungēdo. gl. ſuā cum eo: aliter non. Bal.

k V*Xor. Cū ea.* Ad hoc s̃. de neg. geſt.l. heres viri.& C.de fur.l. quāuis.&.s̃.re.amo.l.j. & C.e.l.aduerſ⁹. & hoc ſi viri hereditatē dicitur expilaſſe: nō aliā in qua ſunt heredes filij viri: vt C.eo.ſi aui. Accur.

* Quanuis Flo. negatio ſit circūcluſa notis expunctionis, cōſtat tamē expungendā non eſſe.

l S*I rem. Facere reſpōdit.* aliàs reſpondit.ſ. quidā iuriſc. aliàs deeſt; ſed ſubauditur. Paulus, corrigēdo dicit. rei &c. vel lege interrogatiue: & reſpō. Pau. Itē quod ſubiicit furtum non fit: quidā dicūt ꝙ ſic: & bene: vt.s̃.eod.l.ij. aliàs vt Piſa. deeſt non. & tunc lege interrogatiue: & reſpon. non: ſicut &c.

† In indic. ti. De ſtellionatus. In vulg. De crimine ſtellionatus.

m *Sine domina eſt.* nec enim fit, niſi ſit cui fiat: vt.s̃.de fur.l. falſus. §.qui alienum.

n *Exiſtimatio.* qua credebat alicuius, quod eſt nullius adhuc. In alio autem prodeſſe poſt etiā exiſtimatio ſurripiētis. quod dic vt d.§.qui alienum.& in eo.titu.s̃.de fur.l.inter.§.rectè.&.l. vulgaris.§.ſi quis æs.&.l.qui re ſibi. quæ ſunt argu.contra. Item eſt argu.contra.s̃.de adqui.here.l.is qui.

### DE CRIMINE STELLIONATVS.

*Stellio lacerti genus eſt verſutiſſimū, à quo ſtellionatū dicim⁹ impoſturam & dolum omnē quicūque proprio nomine vacat. & vt cauſæ adquirendi ex morte alterius aliæ nomē habēt propriū, aliæ carēt nomine quæ cōtinētur ſub generali nomine mortis cauſa capionis, itemq́; vt cōtract⁹ alij nomē habēt alij carēt nomine qui ſub actionē vnā veniunt Præſcriptis verbis, ita delicta ſiue crimina alia propriū nomē habēt, alia nomine vacāt, quæ veniūt ſub actionē de dolo priuatā vel ſub extraordinariā & criminalē ſtellionatus perſecutionem. At poteſt hoc crimē eſſe cōmune etiā cū alia actione, vt cū pigneratitia, ſi quis rē, vni obligatā ſciēs alij obligauerit. Hūc enim dolū vīdicat ciuiliter actio pigneraticia, quia bonæ fidei eſt & cuilibet actioni bonæ fidei ineſt actio de dolo. Cuiacius.*

A*Ctio.* ] CASVS. Accuſatio ſtellionatus nō cōnumeratur inter publica iudicia, nec inter priuata. Itē hoc crimē nō infamat: & extraordinariā pœnā imponit, & præſes de hoc debet cognoſcere. & qui dolū in aliquo cōmiſerūt, nec ſit crimē propriū: poſſunt de hoc accuſari. quod enim actio de dolo operatur in priuatis iudiciis: hoc in publicis ſtel. Et poſtea dat exēpla in quibus hoc crimen habet locum. poſtea dicit quæ pœna imponatur ex hoc crimine. Vltimo dicit, obligaui tibi rem, & eā ſurripui. teneor hoc crimine. &.h.d. hæc.l.& duæ ſeq. Fran.

o *Actio.* id eſt accuſatio.

p *Neque priuatis.* i. pecuniariis, vel criminalibus ſpecialibus.

q *Continetur.* i. cōnumeratur. ad quod.s̃.de extraordi.cri.l.ſtellionatus.& C.eo.l.ſtellionatus.&.j̃.l.proxi.&.l.fi.

r S*Tellionatus.* dicitur ſic à quodā animali qđ ſtellio vocat̃: & eſt varij & diuerſi coloris: vt cœlū ſtellis apparet oculis tinctū: cuius

cuius varietatē imitatur deceptores: q̄a varia agūt, & aliud ſimulant, & aliud dicūt. Itē cōtra. ſ. de inſa. l. quid ergo. §. ſi. Sol. vt ibi.

a *Stellionatus. Præſidis.* q eſt clariſſim⁹: & ſic habet merū īperiū: vt. ſ. de of. præſi. l. illicitas. §. q vniuerſas. quod eſt hic neceſſe.

b *De dolo actio.* quæ datur in ſubſidium ciuilis actionis dolo cōmiſſo. vt. ſ. de dolo. l. j. ſic & hic in ſubſidiū accuſationis criminalis: vt hic. Itē vbicunq; poteſt agi de dolo ciuiliter, ibidē poteſt agi hoc crimine criminaliter: vt ſ. de dolo. l. ſi legatari⁹.

c *Deficit.* & certum eſt crimen commiſſum.

d *Vel permutauerit.* aliud ſi diuerſis vēdidit. tūc enim pœna legitima eſt: vt. ſ. de fal. qui duobus. ſecundū Azo. Item idē quod hic, ſi alij obligauit, & nō ſufficit vtriq; debito: vt. ſ. de pigno. act. l. ſi quis. in prin.

e *Suppoſuerit.* in locum earum quas obligaturum ſe dixerat, & oſtēdat creditori futuro: & ſic malas in locum bonarum poſuit.

f *Auerterit.* vt quia iā obligauerat bonas, ſed non tradiderat: poſtea autē tradidit malas: dicēs eas eſſe quas obligauerat. & facit ad hoc & ſuperius. ſ. de pig. ac. l. j. & l. tutor. §. j. & l. ſi q̄s in pignore. & ſ. de ſtatulib. l. ſtatuliberū. §. j. & alij dicūt, auerterit: vt quia ſubtraxit mihi, & alij non obligauit.

g *Corruperit.* antequā tradātur: ar. ſ. de dolo. l. & elegāter. §. non ſolum. ſi autem poſt traditionem, tunc habet locū vtilis Aquilia: vt ſ. de pigno. ſeruum.

Impoſturā quid ſit.

h *Impoſturā.* i. bonis viris mēdacia impoſuit.

i *Legitima.* id eſt ordinaria per legem.

Duar. 1. diſp. c. 37.

k *Nec legitimum.* id eſt pœna criminis non eſt ordi. nam nullū crimen legitimū eſt. vel dic legitimum, id eſt publicum. & facit. ſ. eo. l. j.

* Hac de te Plato. 8. legū Numa rex ſtatuerat, vt qui terminū exaraſſet, & ipſe & boues ſacri eſſent. Feſt li. 8. Dion. Halicarn. lib. 2.

l *Remittenda.* id eſt mitiganda.

m *Qui merces.* obligatas: vt cum in furti vitium non incidit: alioquin ceſſat hoc crimē.

citionem extraordinariam habet.

III. IDEM *libro octauo de Officio Proconſulis.*

2 Stellionatus accuſatio ad præſidis [a] cognitionē ſpectat. Stellionatū autē obiici poſſe his qui dolo quid fecerūt, ſciendū eſt, ſcilicet ſi aliud crimen non ſit quod obiiciat. Quod enim in priuatis iudiciis eſt de dolo actio, [b] hoc in criminib⁹ ſtellionatus perſecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit, [c] illic ſtellionatus obiiciemus. Maximè autē in his locum habet, ſi quis fortè rem alij obligatā diſſimulata obligatione per calliditatē alij diſtraxerit, vel permutauerit, [d] vel in ſolutū dederit. nam hæ omnes ſpecies ſtellionatum continent. Sed & ſi quis merces ſuppoſuerit, [e] vel obligatas auerterit, [f] vel ſi corruperit, [g] æquè ſtellionatus reus erit. Itē ſi quis impoſturā [h] fecerit, vel colluſionē in necē alterius: ſtellionatus poterit poſtulari. Et vt generaliter dixerim: deficiēte titulo criminis, hoc crimen locum habet: nec eſt opus ſpecies enumerare. Pœna autē ſtellionatus nulla legitima [i] eſt, cum nec legitimū [k] crimē ſit. Solēt autē ex hoc extra ordinem plecti: dummodo nō debeat opus metalli hęc pœna in plebeis egredi. in his autē q̄ ſunt in aliquo honore poſiti: ad tēpus relegatio vel ab ordine motio remittēda [l] eſt. Qui merces [m] ſuppreſſit, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt.

IIII. MODESTINVS *libro tertio de Pœnis.*

De periurio, ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento iurauit, crimen ſtellionatus [n] fit: & ideo [o] ad tempus exulat.

## DE TERMINO moto. *

## TITVLVS XXI.

I. MODESTINVS *libro octauo Regularum.*

D *E periurio.*] CASVS. Obligaui tibi rem quam iuraui meam, cum non eſſet mea: teneor hoc crimine. Franc.

n *Stellionatus.* nec ergo eſt infamis: vt ſupra eo. l. ij. Sed contra. C. de tranſac. ſi quis maior. Sol. vt ibi.

o *Et ideo.* nō quia peierauit: ſed quia crimē ſtellionatus cōmiſit. & ſic nō ob. C. de re. cre. l. ij. Vel ſol. vt ibi. An autē quilibet periurus teneatur hoc crimine? qđ ſatis videtur, cū crimē ſit, & deficiat titulus criminis: vt. ſ. l. proxi. §. itē ſi quis hoc. nec ob. d. l. de rebus cre. quia non periurat, ſed quia periurādo incidit, punitur: vt dixi.

DE TERMINO MOTO.

*Sequitur terminorum qui finium cauſa poſiti ſunt auulſorum crimen extraordinarium, inuaſioni aut furto proximum, cum quo concurrit etiam popularis actio ex lege Iulia ſi dolo malo motus terminus ſit extra ſuum gradum, id eſt extra quinque pedes lege Manilia definitos. Cuiac.*

T *Erminorum.*] CASVS. Qui terminū de loco alieno auellit, nō tenetur ad pecuniā: ſed corporaliter punitur pro cōditione perſonæ delinquētis. & iſtud delictū peſſimū eſt. & ſi eſt nobilis, mitius punitur quàm plebeius. quod declarat in litera. ſi autē quis amouit fines per ignorantiā, ignorans eos fines, verberatur. & hoc dicit hæc. l. ſeq. Franc.

Terminorum auulſorū nō multa pecuniaria [p] eſt, ſed pro cōditione admittentiū coërcitione [q] trāſigendū. [r]

II. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus.*

Diuus Hadrianus in hæc verba reſcripſit: Quin peſſimū factū ſit eorū qui terminos finium cauſa poſitos propulerunt, dubitari nō poteſt. de pœna tamē modus ex cōditione perſonę, & mente faciētis magis ſtatui poteſt. Nā B ſi ſplēdidiores perſonæ ſunt quæ conuincuntur: non dubiè occupandorum alienorū finium cauſa id admiſerunt, & poſſunt in tempus, vt cuiuſque patiatur ætas, relegari, id eſt ſi iuuenior, in longius: ſi ſenior, receſſius. [ſ] ſi verò alij negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt, caſtigari, & ad opus biennio dari. Quòd ſi per ignorantiam, aut fortuitò [t] lapides furati ſunt, ſufficiet eos verberibus decidere. *

III. IDEM *libro quinto de Cognitionibus.*

Lege agraria † quam Caius Cæſar tulit aduerſus eos qui C terminos ſtatutos extra ſuum gradum * finēſve mouerint dolo malo, pecuniaria pœna cōſtituta eſt. nā in terminos ſingulos quos eiecerint, locóve mouerint, quinquaginta aureos in publico dari iubet: & eius actionē, petitionē, ei qui volet, [u] eſſe iubet. Alia quoque lege Agraria quā diuus Nerua tulit, cauetur, vt ſi ſeruus ſeruáve inſciēte domino dolo malo fecerit, ei capital † eſſe: niſi dominus domináve multam [x] ſufferre maluerit. Hi quoq; qui finalium quęſtionū obſcurandarū cauſa faciem locorū conuertunt, vt ex arbore arbuſtū, aut ex ſilua [y] nouale, D aut aliquid eiuſmodi faciunt: pœna plectendi ſunt pro perſona, & cōditione, & factorum [z] violētia.

p *Pecuniaria.* cōtra. ĵ. e. l. iij. in prin. Sol. vt ibi.

q *Coercitione.* perſonali: vt. ĵ. l. proxi.

r *Tranſigendum.* i. puniendū: vt. C. de ac. l. j.

ſ D *iuus. In receſſius.* i. breuius tēpus. & fac. ĵ. de iure immu. l. ſemp. & facit. ĵ. ad. l. Iul. pecul. & de ſacrile. l. ſacrilegij. in princ. & ibi not. glo. l. j. in prin. & ſ. l. j. & C. de accu. l. j.

t *Aut fortuito.* quia cū alios lapides furarētur, fortuitu lapis q erat terminus, inter eos ſublatus eſt, & ſic per ignorātiā: & leges aut pro. &. ſic eſt. ĵ. de pœ. abſentē. §. ſi. vel dic ignorantia, negligētia tamen: vt. ſ. de incen. rui. nau. l. qui ędes. & hoc ne ſit cōtra ſ. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id. §. doli. & ſic furari impropriè dicitur.

L *Ege agraria.*] CASVS. Ponit pœnā l. aureorum in eum qui amouet terminū: & ꝓ quolibet termino amoto hæc pœna imponitur: & hoc ſi eſt liber. ſi autē ſeruus eſt, qui neſciente dño eius terminum alicuius amouit, decapitat, niſi dñs eius velit ſoluere. l. libras ꝓ eo. Vltimo dicit: qui cauſa obſcurandi fines, faciē agri mutauit, vel vineā extirpauit, vel ſiluā terrā aratoriā fecit: punitur pro qualitate ſuę perſonę, & inſpecta qualitate delicti. Fran.

u *Et qui volet.* i. cuilibet de populo. nec. n. fiſco datur iudicium in eū: licet obuiare videatur. ſ. ad Sila. propter hoc. & erit actio de qua hic ſubiicit, cōdic. ex. l. Agraria. vel dicas fiſco dari: & dic actionē: i. accuſationē: nam criminis eſt accuſatio: vt. ſ. fin. re. l. iiij. §. ſi dicantur. alij dant cōdict. ex. l. nomine fiſci. itē dicunt quidā medietatē nomine præmij ei dari, cuius opera conuictus fuerit quis: vt arg. ſ. ad Sil. l. lege. §. fi. ſed in eo ꝙ pecuniaria pœna hic imponitur, eſt cōtra. ſ. eo. l. j. Sol. diſtingue tempora: & omnia concordabuntur. à principio enim non fuerat ſtatuta: ſed poſtea per Cæſarē ſtatuta eſt. vel hic pro ſuo commodo amouit: quia prædiū cōfine erat ſuū: ibi nō. prima placet. itē per Lombar. qui amouit de loco, in. l. ſolidis. qui remouit, & in alio loco poſuit, tunc in. xl. vt in Lombar. de termi. l. ſi quis pro. & l. ſi ſeruus.

x *Multam.* prædictam quinquaginta aureorum. ad quod ſupra de iuriſd. om. iud. ſi quis id. §. in ſeruos.

y *Ex ſilua.* facit. ĵ. de verbo. ſigni. l. ſilua.

z *Factorum.* aut igitur mouit vt lapides ſibi furaretur: & tunc de furto: vt aliàs. aut cauſa occupandorum finium: & habetur ætatis

* cædere.

† Agraria lege.

* i. quinque pedes. nam gradus geometricus habet. 5. vel. 6. pedes. vide authores de limit. agrorum.

† Capital eſt, vt Nonius Marcellus ſcribit, capitis periculū, aut crimē capite vindicandum. Aug li. 3. c. 9. ſic in. l. omne. §. ſi quis. ĵ. de re milit.

diſcretiō:vt.ſ.l.proxi.aut cauſa ſeminandarū litiū:& tunc pro factorum varietate: vt hic.& fa.inſtit.de offi.iud.§.eo quoque.vbi etiā dicitur agi fin.re.pro hoc crimine,ſi habeamus agros cōfines.

## DE COLLEGIIS.

*Quæ ſic dicta ſunt, quia ſimul colliguntur.*

*Eſt etiā crimen extraordinariū in eos qui illicitum collegiū vel quodcunq; tale corpus celebrant, id eſt ſine auctoritate Senat⁹ vel principis: & collegiū diſſoluitur ex S.C.mandatiſq; principum. l.3. Tertullianus de ieiunio. In S.C. & principū mandata coitionibus oppoſita deliquimus. Non puto ex hoc crimine aliud eſſe priuatum publicúmve iudicium. Cuiacius.*

† In ind. ti. De collegiis illicitis & corporib. In vulg. De colleg.& illicit. corporibus.ſeu corpor. illicitis. Plutarch.in Numa. vide copioſe apud Laziū lib.12.cap.4.

## DE COLLEGIIS [a] † & corporibus. [b]

## TITVLVS XXII.

I. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

MAndatis principalibus præcipitur præſidibus prouinciarū, ne patiātur eſſe collegia ſodalicia, [c] néve milites [d] collegia in caſtris [e] habeāt. ſed permittitur tenuioribus [f] ſtipem menſtruā cōferre, dum tamē ſemel in mēſe coëant: ne ſub prætextu huiuſmodi illicitū collegiū coëat. quod nō tantùm in vrbe, [g] ſed & in Italia & in prouinciis locum habere diuus quoque Seuerus reſcripſit. Sed religionis cauſa coire nō prohibentur: dum tamē per hoc non fiat cōtra ſenatuſcōſultum quo illicita collegia [h] arcentur. * Non licet [i] autē amplius quàm vnū collegiū licitum habere, vt eſt conſtitutū & à diuis fratribus: & ſi quis in duobus fuerit, reſcriptū eſt, eligere eum oportere, in quo magis eſſe velit, [k] accepturum ex eo collegio à quo recedit, id quod ei competit [l] ex ratione quæ communis fuit.

B

* Eius meminit Tacit. lib.13.

II. VLPIANVS *libro ſexto de officio Proconſulis.*

QVisquis illicitum collegium vſurpauerit: ea pœna tenetur, [m] qua tenentur qui hominibus armatis loca publica vel templa occupaſſe iudicati ſunt.

C

a *Collegiis*. cum ſimul cohabitant: aliàs non.

b *Corporibus*. tres cōſtituunt collegiū: vt. j. de verb. ſigni. l. Neratius.

MAndatis.] CASVS. Prohibet fieri collegia ſodalicia: de quib⁹ dic: vt j.l.fin. Item omnia collegia prohibet. permittit tamē vilioribus hominibus fieri collegia cauſa adiuuandi aliquē pauperē: non tamen in menſe vltra ſemel conueniāt. & hoc habet locum in Italia & in prouinciis, non in Roma. Itē cauſa religionis permittit fieri collegia, vt fratrum. Item in pluribus collegiis licitis nō poteſt quis eſſe, ſed in vno tantū: & ſi in pluribus fuerit, eligat in quo vult eſſe: & partē rerum cōmunium quæ erant in alio collegio, repetat. Item qui illicitum collegium fecit, tenetur ea pœna qua tenetur qui hominibus armatis intrauit loca publica vel templa per vim: & eſt capitalis. & hoc dicit. hæc lex, & ſeq. Franc.

c *Sodalicia*. ſodales ſunt, &c. vt infra. l. fin.

d *Milites*. nedum priuati.

e *In caſtris*. vel propriè. vel dic, in exercitu: & hoc niſi permiſſu ducis belli: vt legio, cuneus, ala.

f *Tenuioribus*. id eſt vilioribus. & dic quid ſit ſtips, vt. j. de verbo. ſignifi. l. ager. §. j. & dic conferre ad ſui ſuſtentationem, vel alicuius qui incidiſſet in paupertatem. & quod dicit ſemel. ſ. ad plus: ne ſub prætextu, &c. ſi ſæpius coirent. & no. quòd magis pauperi quàm diuiti ſubuenitur: [a] vt. ſ. de tranſ. cum hi. §. ſi in annos.

D

g *In vrbe*. Roma, per excellentiam: vt inſtit. de iur. nat. §. ſed ius.

h *Illicita collegia*. Collegia ergo omnia illicita ſunt, niſi licita probentur: vt. j. l. iij. §. in ſumma. permittuntur autem cauſa religionis: vt hic, & alibi: vt. ſ. quod cuiuſque vniuer. no. l. j. niſi fiat fraus, quia fingant religionem, ſed non eſt: vt hic, &. ſ. de extraor. cri. l. ij. &. C. de ſacroſan. eccle. l. qui ſub prætextu.

a Addo ꝙ poteſt quis inuitus cogi facere eleemoſinā pauperi, & ſic ei ſubuenire: vt per glo. in. c. ſicut. 47. di. no. Panor. in. c. cū gratiam. nu. 8. & ibi poſui in apoſt. ad eum. in ver. eleemoſinā. extra de electio.

i *Non licet*. alicui. & ad hoc infra ad munici. l. libertus. §. iij. & C. qui mili. non poſ. l. his quidem. in prin. &. C. de adſer. tol. l. fin. in princ. & quod ibi not.

k *Eſſe velit*. Non poteſt eſſe in diuerſis collegiis, & ſic non valet de iure, ſed tamen poſtea permittitur ei eligere: vt hic, & infra de adulte. l. ſi maritus. §. fin.

l *Competit*. quod ergo erat collegij, erat ſingulorū: vt. j. eo. l. collegia. in prin. & in auth. de ſan. epiſco. §. ſi quis autē ad monaſticā. verſi. vbi autē. ibi, ſi vero plura. col. ix. & ar. j. de verb. ſign. l. recte. & de leg. j. l. ſerui electione. §. fi. Sed cōtra. ſ. de re. di. l. intantū. §. vniuerſitatis. & de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Solu. quidā dicunt ꝙ quæ collegij ſunt, vel populi, vel pluriū, ſingulorū ſunt: vnde & facta demonſtratione ciuiū concedunt, iſti ſunt populus Roñ. & iſti ſunt domini huius prædij. non tamē cōcedunt, ſi iſti moriuntur, ergo populus moritur: quia alij ſubſtituti funguntur vice illorū. & idē fallit in voce emiſſa quæ periit: non tamen extincta eſt vox tua. quod autē dicitur in contrariis, non eſt ſingulorum, eſt verū, vt poſtulare poſſit ius pa. vel ſeruū non torqueri: & ad ſimilia: ſed cum recedit ex collegio vel ciuitate, partē ſuam vt in proprio obtinebit. & forte illud eſt ſtatutū de liberto, ne alioquin nimiū eſſet impedimentum aliquē ciuē conueniri dum eſt in ciuitate. ſed ſi eſſet extra debitor liberti, iā habebit cauſam cū eo cui non debet reuerentiam: & ſic tūc nullum eſſet dubiū. Itē in ſeruo magnū eſt impedimentum veritatis inquirēdæ, ſi non torqueatur. Vel dic quòd collegia & vniuerſitates aliquid habent propriū, & ſingulorū eſt: & quicunq; recedit, partē ſuam petit. ſ. cum ex collatione ſingulorum habēt aliquid cōmune: vt. ſ. ne quid in lo. pu. l. ij. §. viarū. ſed vbi collegio vel ciuitati legatur, non legatur niſi his qui ſunt in collegio: & qui de collegio ſunt, habent partē. ergo cū quis recedit, nihil vindicabit, quia nō eſt ſingulorū, ſed ciuiū vel collegiatorū. & fa. ad hoc. ſ. qđ cuiuſq; vniuer. l. ſicut. §. ſi quid. & ad Trebel. l. j. §. ſi autem collegiū. &. j. de quæſti. l. j. §. ſeruum. &. ſ. de acquir. re. domi. l. ſtatuas.

A

III. MARCIANVS *libro ſecundo iudiciorum publicorum.*

COllegia ſiqua fuerint illicita, [n] mādatis & cōſtitutionibus & ſenatuſcōſultis diſſoluūtur: ſed permittitur eis cū diſſoluūtur, pecunias cōmunes, ſi quas habēt, diuidere, [o] pecuniámque inter ſe partiri. In ſumma autem, niſi ex ſenatuſcōſulti auctoritate vel Cęſaris, collegiū vel quodcunq; tale corpus coierit, cōtra ſenatuſconſultū & mandata & cōſtitutiones collegiū celebrat. [p] Seruos quoque [q] licet in collegio tenuiorū [r] recipi volētibus dominis: vt curatores horum corporum ſciāt, [ſ] ne inuito aut ignorante domino in collegium tenuiorū reciperent: & in futurum pœna teneātur in ſingulos homines [t] aureorū cētum.

Primò ponit qualiter vocētur q ſunt de vno collegio. Secūdò dicit quid poſſunt facere inuicē collegiati. Tertiò dicit vnde prædicti habuerūt originē. ſ. à lege Solonis Græca. Quartò ponitur interpretatio illius legis Græcæ. Secunda ibi, his autem. Tertia ibi, ſed hæc. Quarta ibi, ſi autem plebs. Bart.

IIII. GAIVS *libro quarto ad legem. xij. tabularum.*

SOdales * ſunt, qui eiuſdē collegij ſunt: quā Græci ἑταιρείαν vocant. [u] His autē poteſtatē facit lex, pactionē quam velint ſibi ferre: [x] dū ne quid ex publica lege [y]

* Alc. li. 2. diſpū c. 14. & 2 prætermiſ. Au. lib. 1. emen ca. 8.

m QVi illicitum. Tenetur. vt maieſtatis: vt infra ad leg. Iuliama. l. j. ibi, quóve cœtus, &c. vel alio capite: vt. C. de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus.

COllegia.] CASVS. Collegia illicita debēt diſſolui: & res communes quæ ibi ſunt, debēt diuidi. Secundo dicit, omne collegium eſt illicitum, niſi ſit permiſſum ab aliquo ſenatuſcon. vel à principe. Tertio dicit, in collegium tenuiorum poſſunt recipi ſerui voluntate dominorum, non aliàs: imò puniuntur qui aliter recipiunt. Sequens lex eſt plana cum toto tit. ſeq. Fran. Accur.

n *Illicita*. qualia ſunt omnia, niſi probent licita: vt. j. §. in ſumma. &. ſ. quod cuiuſq; vniuer. l. j. in prin. &. C. de here. inſti. l. collegiū.

o *Diuidere*. de hoc dic vt. ſ. eo. l. j. in fin.

p *Celebrat*. ar. cōtra. ſ. de procu. mutus. §. cū quæritur. hoc tamen varie: quia hoc tanquā illicitū generaliter prohibetur, illud tanquam licitū cōceditur: vt. ſ. de iniu. ſed ſi. §. idē ait. in fin. &. ſ. eo. l. j. in prin. & facit. j. de iur. immu. ſemper. §. quibuſdā. Itē eodē modo ſoluitur arg. contra. ſ. ex quib. cau. maio. necnon. §. quod eis.

q *Seruos quoque licet*. id eſt licitum eſt.

r *Tenuiorum*. hoc expone vt. ſ. l. j. in princ.

ſ *Sciant*. vel ſuperiora determinat verbum ſciant: & tunc exponitur, ſcilicet quòd ſerui ſint, & quòd domini voluntate. vel inferiora: & tunc nil ſubaudiendum eſt.

t *In ſingulos homines*. ſ. ſeruos receptos dño inuito vel ignorante. quæ ignorātia ſemper præſumit: vt ar. C. q mi. nō poſ. ſup ſeruis.

u SOdales. Hæteriam vocant. id eſt ſocietatem.

x *Velint ſibi ferre*. i. ſibi inuicē facere: & dic ꝙ tenet hoc caſu ſocietas: aliàs nec pactū teneret: & hoc ſubiicit: dum ne quid, &c.

y *Ex lege*. quod eſt ſi pactum illicitū eſt: licet ſocietas licita ſit, ſiue pactū eſt etiā licitū: dūmodo ſocietas illicita. cum ergo principale non

UNED

pale non tenet,nec acceſſorium:vt.j.de reg.iur. cùm principalis. a *Nã illic citata eſt eadẽ*.al.licita eſt eadẽ.ſ.talis lex vel talis ſocietas, ſ.ſodalicia.al.illicitã eſſe.ſ.talẽ ſocietatẽ vel legẽ. al.illic ita eſt. & tũc habeas verba quædam quæ interpretantur dicta.l.Solonis de Græco in Latinũ:& dic illic.i.in lege Solonis ita cõtinetur: & incipit, nã illic ita eſt &c.

corrũpãt. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis trãſlata eſſe.nã illic † ita eſt: a Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερεῖς* ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύνσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λίαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμποϱείαν, ὅ,τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. † [.i.Si autẽ plebs, vel fratres, b vel ſacrorũ ſacramẽtales, c vel nautæ, vel cõfrumẽtales, d vel qui in eodẽ ſepulchro ſepeliũtur, vel ſodales qui & multũ ſimul habitãtes ſũt, enimuero ad negotiationẽ,aut quid aliud:quicquid hi e diſponẽt adinuicem, firmũ ſit, niſi hoc publicæ leges prohibuerint.] B

† Flo. iNluc ita eſt.

* Flo. ἱερῶν.

† i. Quòd ſi populus, vel eiuſdem religionis cultores vel orgiorũ ſacrificuli, vel nautę, vel ſodales, vel cõmune ſepulchrum habẽtes, vel publicani, vel in ſocietatẽ coemẽdorũ pecorũ, aut negotiationis, vel cuiuſcũque alterius rei coeuntes, paciſcãtur inter ſe, ratum eſto, quatenus publica id monumẽta non prohibent.

* Flo. Eam popularem.

## DE POPVLARIBVS actionibus.

### TITVLVS XXIII.

I. Pavlvs *lib. octauo ad Edictum.*

POpularẽ* actionẽ f eam dicimus, quæ ſuum ius populi tuetur.

II. Idem *libro primo ad Edictum.*

SI plures ſimul agãt populari actiõe: prętor eligat idoneiorẽ g

III. Vlpianvs *lib.1.ad Edictum.*

SEd ſi ex eadem cauſa ſæpius agatur, cùm idem factum ſit: exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur. h In popularibus actionibus is cuius intereſt, præfertur. i C

IIII. Pavlvs *lib. tertio ad Edictum.*

POpularis actio integræ k perſonæ permittitur: hoc eſt, cui per edictum l poſtulare licet.

V. Idem *libro octauo ad Edictum.*

QVi populari actione conuenietur ad defendẽdum procuratorem dare m poteſt. Is autem qui eam mouet, procuratorẽ dare non poteſt. n

VI. Vlpian. *lib.25. ad Edictum.*

MVlieri & pupillo populares actiones non dantur, niſi cùm ad eos res pertineat. o

VII. Pavlvs *lib.41. ad Edictum.*

POpulares actiones nõ trãſeũt ad eũ cui p reſtituta eſt hereditas ex Trebelliano ſenatuſcõſulto. Item qui habet has actiones, nõ intellegitur eſſe locupletior. q

VIII. Vlpianvs *lib.1. ad Edictum.*

OMnes populares actiones neq; in heredes dãtur, r neque ſupra annum ſ extenduntur.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber quadrageſimus octauus.

## DE PVBLICIS iudiciis. t

### TITVLVS I.

Hæc lex diuiditur in duas partes. primò ponit regulã, ſiue quædã verba ex quibus colligitur regula. Secũdo ponit exceptionem à regula, & breuiter hoc intendit: Omnia delicta priuata ſunt, exceptis quibuſdã hic enumeratis. Bar.

I. Macer *lib.1. de publicis iudiciis.*

NOn omnia iudicia in quibus crimen vertitur, & publica ſunt: ſed ea tantùm, quæ ex legibus iudiciorum publicorũ u veniunt:

b *Vel fratres*.alicui⁹ corporis, vel collegij. Acc.

c *Sacramẽtales*.i.cuſtodes ſacrorum vaſorũ.

d *Cõfrumẽtales*.i.qui ſimul vẽdunt frumentũ.

e *Quidquid hi*.i.hi quib. permiſſũ eſt habere collegiũ: nõ dico collegiũ approbari eo ipſo ꝙ nõ reprobat: imò econtra: vt.s̃.l.ꝓx.ĩ ſũma.& no. ꝙ ĩ quibuſdã libr. deeſt hęc ĩterpretatio Gręca.

DE POPVLARIbus actionibus.

*Not. ſuper hoc tit. regulariter quòd hæ actiones de quib. hic tractatur, nõ ſunt rei familiaris perſecutoriæ: ſed ex æquo & bono extrinſecus ad vindictã propoſitæ ſunt: qualis eſt actio ſepulc. vio. vt.s̃.de ſepul. vio.l.ij. §.fin.& l.ſepulchri. & l. pe. Item actio liberi hominis occiſi, vel vulnerati: vt.s̃. de his qui deie. vel eff. ſi verò.§.hæc autẽ actio. itẽ pro eo quod eſt poſitum in ſuggrũda, vel protecto, vel mæniano, vel pergula: vt.d.l.ſi verò.§.prætor.& omnes omnino actiones in factũ quæ reddũtur hodie loco interdictorũ prædictorũ de reb. publicis, populares dicũtur: vt s̃.ne quid in lo.pu.fiat.l.ij. §. hoc interdictũ perpetuũ. & ideo cuilibet de populo cõcedũtur, cũ prætoris tamẽ indagine: vt.j.l.ij. Sanè actiones repetũdarũ & peculatus quia rẽ perſequũtur, ĩ heredes dãtur etiã ante lit. cõteſt. ſed intra annũ: vt.j. ad.l.Iul.repet.l.ij. ſanè ſecũdum R. popularis actio dicitur quæ cuiuis ex populo datur. cum vero priuatum ſit crimen quod obiicitur, ei dumtaxat intendere licet, cuius intereſt, non propter pecuniam exigendam, ſed propter pœnam corporalem infligendam. Pecuniaria verò petitio ſi competat, cuilibet de populo datur, inſpecta perſona quæ ad agendũ admittitur, cuius opinionis, & an ſit idoneior, vel cuius interſit principaliter quæ ipſe fieri deſiderat.*

*Poſt priuata iudicia & extraordinaria quæ ex delictis naſcuntur, ſubiicit popularia. cuius generis vnum habuimus tit.xij. & alterũ tit.xxj. & aliud de albo corrupto lib.ij.tit.j. & alia lib.ix.tit.ij. & lib.lxxix.tit.v. & pleraque interdicta popularia lib.xliij. Iudicia hæc ſunt forenſia nõ criminalia, & ex his cauſis quæ publicã tutelam merentur. cuilibet agere volenti cõpetũt. In his pleraque ſingularia ſunt, Vt pro populari actione fideiuſſor non detur. l. ſi quis pro eo.§.vlt. De fideiuſ. vt in populari actione non cõpellatur arbiter ſententiã dicere.l.nõ diſtinguem⁹.§.de liberali De recep. qui arb. rec. Vt nõ intẽdatur per procuratorẽ, Vt mulieri vel pupillo nõ dentur, quæ oĩa obtinẽt etiã ĩ publicis iudiciis de quib. agitur tit. ſeq. et vbiq; ita procedũt niſi is agat ad quẽ ea res pertinet quæ cõmiſſa eſt. hoc enĩ caſu iudiciũ ſiue publicũ ſiue populare, pro priuato habetur.l.licet in pr. & §.1.l.nõ cogẽdũ.§.qui ita. De proc. Cuia.*

f POpularem actionem.da exemplum in albo corrup. vt.s̃.de iuriſd.om.iud.l.ſi quis id.& in actione in factum de deie.& eff.vt.s̃.de his qui deie.vel effu.l.ſi verò.§.hæc autem. Item dic ſuum, id eſt proprium.

g SI plures. Idoneiorẽ.quis ſit idoneior, dic vt.s̃.de lib.ho.exhi.l.iij. §.ſi tamẽ plures.&.j.ti.ij.l.ſi plures.& fa.s̃.de fid.inſtr.l.ſi.& de his qui deie.l.ſi vero.§.hæc aũt.& de ſep.vio.l.ꝑtor.§.ſi plures.

h SEd ſi. Opponitur.vt &.s̃.de proc.l.nõ cogendũ.§.qui ita.tamen datur replicatio ſi de pręuaricatione primi doceatur: vt.s̃.de lib.ho.exhi.l.iij.§.ſi tamẽ plures.verſi.ſi tamẽ poſtea.& de iureiu. l.eũ qui.§.in popularibus.in fin. Itẽ ad hoc eſt cõtra ille.§. ſed ibi A ſpeciale. Itẽ no.ꝙ exceptio obiicitur: ſecus in trãſactione: vt no.s̃. de pac.iuriſg.§.ſi paciſcar.& ſic habet in hoc res iud. maiorem auctoritatẽ quàm tranſactio. ad hoc eſt.j.ad.l.Iul.de vi pu.l.qui cœtu.§.fina.&.s̃.de tut.& ra.diſt.l.ſi ex duobus.

i *Præfertur.* vt &.s̃. de ſepulc.viol.l.ſepulchri. & de libe.ho.exhi.l.iij. §.hoc interdictum.

k POpularis. Integræ.i. qui nõ ſit infamis.

l *Edictũ*.de poſtulãdo.

m QVi populari. Dare. etiã ante lit.cõt.

n *Non poteſt*.vt.s̃.de ꝓcur.l.licet.in princi. niſi ſuum priuatũ commodũ perſequatur, vt ibidẽ.&.l. non cogẽdũ. §. qui ita. &.s̃. ne quid in lo.pub.l.pe. & ſic videtur ꝙ quandocũq; quis agat populari actione, quia ſua interſit, ꝙ poteſt dare proc. vt. d. ll. & fa.s̃.de procu.l. mutus.§.in popularibus.

o MVlieri. Pertineat.i. eorum interſit. ad qđ eſt.C.qui acc.nõ poſſ.l.de crimine. &.j. de ac.l.hi tamẽ. &.s̃.de op.no.nũt.l.de pupillo.

p POpulares. Ad eũ cui. quia nec etiam ad heredẽ, ſed aget heres vt quilibet de populo. vel forte eſt verum etiã lit.cõte.ſic.s̃.ad Treb.l. quia perĩde.§.reſtituta.

In indic. tit. ſic inuerſis verbis legitur, De indiciis publicis. vide Plat. li. 12. leg.

q *Locupletior*. Niſi poſt litem conteſta. vt.j. de verb.ſigni.l.ſi cui.

r OMnes populares. Dãtur.niſi lit.cõteſta. vt ar.j.de verb.ſign.l.ſi cui. Itẽ nec heredibus: vt.s̃.de his qui deie.vel effu.l.ſi verò.§.hęc autẽ actio.in fi.&.§.fin.Acc.

ſ *Supra annum*.ex ordine.R. nã fallit quãdoq; vt.s̃. ne quid in lo.pu.l.ij.§.fi.&.§.hoc interdictũ perpe.& in col. det.vt.s̃.de col.de.l.ij.& de lib.ho.exhi.l.iij.in fin.quę ſunt cõtra.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

*Dictum eſt de accuſationibus quæ pecuniariter mouentur. Item de priuatis criminibus: vt furto, iniuria, rapina. verũ quia quandoque fiunt de criminib. accuſationes & inſcriptiones: ponit de criminibus publicis, & quæ ſint: & potes exponere de publicis iudiciis.i.legibus publicorum iudi. vel publi.iudi.i. accuſationibus publi.iudi. quorum accuſatio eſt terribilis ad vindictam, &* D *publica, id eſt populica, quamuis quandoque idoneior admittatur.*

*Populares actiones, & publica iudicia ſunt.l.eũ qui.§.in popularibus De iureiu. & retro publica, etiã popularia ſunt. Sed in vſu popularia plerumque dicimus ciuilia ſiue forenſia, publica criminalia, quæ ex populo quilibet ſubſcribẽs in crimẽ iure ordinario intendere poteſt in pœnã certã & legitimã. ſed hæc quoque hodie extra ordinẽ coercẽtur. imò & actiones omnes quæ ex aliis cauſis quã ex delictis naſcũtur vel quaſi delictis, & interdicta omnia nec tamen ideo de eorũ ordine inanis vbiq; tractatio. nec enim prohibemur etiã ex hiſdẽ cauſis hodie ſi velim⁹ experiri ordinario iure. Proponũtur hoc ti. enumeratio & diuiſio iudiciorũ publicorũ & regulæ generales de his quædã. Cuia.*

t *Iudiciis*.terribilis eſt hic liber: vt.C.de veteri iure enuc.l.ij. §.ſeptimus. Et dicuntur publica, quia cuilibet de populo &c. vt inſti. de publi.iudiciis.in prin.

NOn omnia.] Cas. Dicit ꝙ nõ omnia iudicia quib. puniũtur crimina, ſunt publica: ſed quædã tãtũ ſunt publica: & ea enumerat. Secundò dicit quòd publicorum iudiciorum quędam ſunt capitalia, quædam non: & dat exempla de his. Tertio dicit, accuſatio publica perimitur mortuo accuſante, vel accuſato. & hoc dicit hæc lex, & duæ ſequen. Franciſcus.

u *Publicorum*.vt.s̃.de præuari.l.præuaricationis.§.fina.

vt Iulia maieſtatis,[a] Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis & veneficiis,* Pompeia parricidij, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis,[b] Iulia de vi priuata, Iulia de vi publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarum,[c] Iulia de annona.[d]

Iſta ſũt iudicia capitalia, ex quibus perditur libertas, vita, vel ciuitas: alia non. h.d. & diuiditur in tres partes: Primò ponit diuiſionẽ bimembrẽ. Secundò proſequitur primum membrum. Tertiò proſequitur ſecũdũ. Secũda ibi, capitalia. Tertia ibi: nõ capitalia. Bart.

### II. PAVLVS *libro quintodecimo ad Edictum prætoris.*

PVblicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædã nõ capitalia. Capitalia ſunt, ex quib. pœna mors[e] aut exilium eſt: hoc eſt aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cætera,[f] nõ exilia, ſed relegationes propriè dicũtur. tunc enim ciuitas retinetur. Non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcitio[g] pœna eſt.

Quidã habent in litera perimitur. Alij habent permittitur. ſecũdum primã lecturã dicitur, quòd mortuo accuſato vel accuſata, accuſatio extinguitur. Secundũ aliã literam dicitur, quòd reo ſeu accuſato vel rea defunctis, accuſatio non perimitur: & ſic durat, & ſic iſtæ literæ ſunt cõntrariæ. Bartol.

### III. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

a *Iulia maieſtatis.* ſub. lex, & ſic in ſequentibus. & ſubaudi hic ſecundum P. comprehendere ſacrilegia & reſidua.

b *De teſtamentis.* falſis, vt inſti. eo. § item lex Corne. Sed quid ſi aliquod inſtrumentum dicitur falſum: an erit publica accuſatio? Reſpon. P. non: vt hic, &. j̃. de fal. l. Paulus. j. reſpon. &. j̃. tit. j. l. ij. §. j. Sed Azo quòd ſic. & pro eo inſtit. de pub. iudi. §. item lex Cor. ex eo ꝙ ibi dicit, item &c. quaſi coniungat præcedentibus quæ cõſtat eſſe publica. item pro eo s̃. de cõcuſ. l. ij. nec ob. hic: quia ſuppletur vel aliis inſtrumentis. item nec illa, Paul⁹. quia per ſubreptionẽ ſolã nõ eſt pub. accuſatio falſi, niſi in teſtamẽto, ſed pro alio falſo ſic, quæ multa ſunt: vt ea. l. &. j̃. de fal. l. j. itẽ ad hoc quod no. C. de fal. l. eum qui.

* veneficis.

c *Repetundarum.* ſuperiora publica & ordinaria, hæc duo publica, ſed extraordinaria. M.

d *De annona.* quid dicem⁹ de Flauia, & Viſcel. & Turpil. & de cri. ſuſpec. tut? de Flauia dicit P. quòd eſt priuata: cũ nõ dicatur hic ꝙ ſit publica: & hoc niſi quando liber homo qui non ſit in alicuius poteſtate, abduceretur: vt. C. ad. l. Fla. de pla. l. plagij. ſed Azo dixit ſẽper publicam per. l. illã. C. In ſecunda verò videtur pu. quia in. C. ponit̃ inter pu. ecõtra quòd non: quia hic nõ dicit de ea. In tertia videtur pu. ad inſtar præuaricationis: vt &. s̃. de præua. l. iij. in princi. cũ in pu. crimine tantũ cõmittatur Turpil. vt. C. ad Turpil. l. j. ſed tutius eſt ꝙ non: vt s̃. de præua. l. iij. in fi. & quia nõ inuenitur hic. De quarta dic vt iuſtit. de ſuſpe. tu. §. conſequens. Item fa. ad hanc l. inſti. eo. §. j. vſque ad fin. titu. Accurſius.

Cõc. l. 4. s̃. ſi quis cau. Ant. Aug. lib 3. ca. 6.

e *Publicorum. Mors.* naturalis, vel etiam ciuilis: quia ſeruus pœnę. Item exilium, quia perdit ciuitatem. tria enim ſunt quæ habemus &c. vt. s̃. de capi. demi. l. fi.

f *Nam cætera.* ſ. quando non eximitur caput de ciuitate: non ſunt exilia propriè, vt dicit, ſed impropriè. quandoque enim illa dicũtur exilia: vt. C. de epiſ. audi. l. nemo. in fi. &. j̃. de inter. & rele. l. exilium. &. s̃. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis rei cap. ibi, aut ſi forte &c. & fa. inſti. eo. §. publicorum. Item fa. s̃. de bo. poſ. edicto. §. rei. &. s̃. ſi quis cau. l. iiij. §. rei. &. j̃. de pœ. l. ij. & l. capitalium. in prin. &. j̃. de verbo. ſigni. l. licet capitalis.

g *Aliqua coercitio.* ſcilicet modica: ne alioquin neceſſe habeas dicere quòd etiam vbi mors infertur, nõ ſit capitale: quod eſſet falſum: vt. s̃. proxi.

h *Publica. Reo.* id eſt accuſato.

i *Rea.* id eſt accuſata. Accurſius.

k *Permittitur.* aliàs perimitur: & tunc dic quòd ſiue ante litem conteſta. ſiue etiam poſt, perimitur: & heredes accuſatoris vel accuſati non habent neceſſe crimen exequi, niſi in caſibus: vt hic, & infra eo. l. defuncto. &. j̃. de fal. l. cũ falſi. &. C. ſi reus vel ac. mor. fue. l. ij. &. iij. &. j̃. de accu. l. ex iudiciorum. Item nunquid hoc dices etiam poſt latam ſententiam ap. ſuſpenſam? Reſpõ. ſic in perſona accuſatoris. In reo autem diſtingues qualis ſententia fuit: vt C. ſi pen. ap. l. ij. &. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. fi. aliàs eſt in litera permittitur: & tunc ſubaudi, ſcilicet caſualiter: vt. d. l. ex iudiciorum. Accurſius.

A PVblica accuſatio reo[h] vel rea[i] antè defunctis permittitur.[k] *

Pendente iudicio ſuper actione ciuili, non poteſt proponi accuſatio criminalis ſuper eodem crimine. Bartolus.

### IIII. PAVLVS *libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.*

INterdum euenit[l] vt præiudicium iudicio publico fiat: ſicut in actione legis Aquiliæ,[m] & furti, & vi bonorum raptorum, & interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis. nam in his[n] de re familiari agitur.

B Diuiditur in duas partes. Primò loquitur vtrũ accuſatus poſſit accuſare ſuum accuſatorẽ pendente iudicio. Secũdò, vtrũ poſſit accuſare poſt ſententiã. Secunda ibi, illud. Itẽ ſecunda ſubdiuiditur in alias duas partes: quia prima loquitur vtrum poſt condemnationem poſſit reaccuſare de nouo. Secundò, an poſſit proſequi accuſationẽ iam inchoatã. Secũda ibi, inchoatas planè. & breuiter hoc intẽdit: Receptus inter reos nõ poteſt ſuũ accuſatorẽ reaccuſare. ſi fuerit cõdẽnatus pœna quę aufert ciuitatẽ vel libertatẽ: poterit tamen accuſationes inchoatas perficere. Bar.

### V. VLPIANVS *libro octauo Diſputationum.*

C IS qui †reus[o] factus eſt, purgare ſe debet: nec antè poteſt accuſare,[p] quã fuerit excuſatus. Cõſtitutionib. enim obſeruatur, vt nõ relatione criminũ,* ſed innocẽtia reus purgetur.[q] Illud incertũ eſt,

A *Interdum.*] CASVS. Qui agit Aquil. pro morte ſerui: nõ poteſt interim agere iudicio publico pro eodẽ delicto, vt lege Cornelia. Idem ſi agit act. furti ciuiliter, interim non poteſt accuſare de eodem furto. Idem in ſimilibus delictis. & da exemplum vt in glo. ſed finita via ciuili, cùm de re familiari ſit actum, intentabitur criminalis. Franciſcus.

* Rectè ſic Flor. i. remittitur, quãuis aliter ſẽtiat. Ant. Aug. li. 1. c. 2.

l *Interdum euenit.* ſ. vt interim dum agitur ciuiliter, non poſſit accuſari criminaliter, & ecõtra. ſic non ob. s̃. vi bo. rap. l. ij. §. hoc edicto. & s̃. ad. l. Aquil. l. inde Neratius. §. ſi dolo. & Cod. quando ciui. act. præiu. cri. l. j. &. s̃. de iniur. l. prętor. §. j. &. C. ad. l. Aquil. l. ex morte. &. s̃. de tabu. exhi. l. locum. §. ſi quis. quæ ſunt contra. & hoc not. ſupra vi bo. rap. l. ij. §. hoc edicto. Item videtur cõtra. C. de ordi. iu. l. fin. ſed hic vtraque quæſtio ab eodem intenditur, vbi poteſt eligere vtrum primo ciuilẽ vel criminalem voluerit intẽdere: ibi quando ex diuerſis partibus, puta ego aduerſus te ciuiliter, tu econtra vis me criminaliter accuſare: vt tua quæſtio tãquam maior præiudicet meę tanquã minori.

m *Aquiliæ.* pro damno ſcilicet pro morte ſerui agitur ciuiliter & criminaliter: vt. s̃. ad. l. Aquil. l. inde Neratius. §. ſi dolo. Item pro furto: vt. s̃. de priua. deli. l. fin. Item melius in plagio: vt Cod. ad. l. Fla. de plagi. ſi quis ſeruũ. Itẽ pro rapina: vt. C. vi bo. rap. l. j. Item pro inuaſione: vt. C. quando ciui. actio. l. j. Itẽ pro teſtamento celato: vt ſupra de tab. exhi. l. iij. §. ſi quis dolo. Accurſius.

† Si qui.

* Cic. lib. 1. de inuẽtione, Relatio criminis eſt, cũ ideo iure factũ dicit, quòd alius antè iniuria laceſſierit.

n *Nam in his.* ideo interim tantum fit præiudicium. nam &c. ſi enim de re familiari, perpetuo fieret pręiudicium: vt. s̃. vi bo. rap. l. prætor. §. j. & de iniur. l. prætor. §. j.

*IS qui reus.*] CASVS. Accuſatus non poteſt accuſatorem ſuũ accuſare, niſi primo expediat ſe de prima accu. facta contra eum. Secundò dicit qualiter debet ſe expedire, vt poſſit reaccuſare. certe ſi eſt abſolutus, planũ eſt quòd poteſt reaccuſare. ſed ſi eſt con- D demnatus, an poſſit reaccuſare, dubium eſt: & in quadam conſtit. videtur dici quòd nõ poſſit reaccuſare damnatus. quod eſt intelligendum ſi ciuitatem vel libert. amiſit, vt non poſſit reaccuſare: proſequi tamen poteſt accuſationem quam prius fecerat. Fr.

o *Is qui reus.* id eſt is qui habitus eſt inter reos: ſecundum Ioã. ſic ponitur. j̃. de adul. l. j. §. extraneus.

p *Accuſare.* ſ. accuſatorem ſuum de pari vel minori crimine: niſi proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam: vt. C. qui accu. non poſſ. l. neganda. quod accipe niſi accuſator ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: alioquin quod ſecũdo daretur, priori denegaretur: quod eſſe non debet: vt. C. qui poti. in pign. ha. l. aſſiduis. de maiori autem poteſt: vt. C. qui accuſa. non poſ. l. j. quę eſt contra maius enim minori præfertur, vt. C. de adulte. l. in adulterij. ſed hoc habet locum quando non eſt receptus inter reos, alioquin non poteſt etiam de maiori: vt. j̃. de adulte. l. j. §. extraneus. & l. ſi maritus. §. præſcriptiones. Item & de minori poteſt interim deponere inſcriptionem: vt. d. l. neganda.

q *Reus purgetur.* Not. ſecundũ. l. de purgatione. ad quod eſt. C. de ſic. l. ſi quis reum. &. C. de fal. vbi falſi. in prin. & l. maiorem. e. tit. &. C. de

&.C.de his qui ad ec.cõfu.l.fin.§.ſane.ver.ſicubi.&C. de requi. reis.l.j.&.ij.Itẽ no.ꝗ nõ debet quis aliũ inculpare priuſquã ſe lauet:vt &.C.de ꝓcu.l.reũ.& de accu.l.fi.§.nemo.ibi, obiectu cuiuſlibet cri.&c.&.ſ.in princ.l.&.j.de adul.ſi vxor.§.iudex.Acc.

a *Inchoare*.niſi vt.j.tit.j.l.qui iudicio.

b *Amiſerunt*. ſi eũ qui ſe accuſauit,velit accuſare, nõ poteſt, ſi libertatem vel ciuitatẽ amiſerit:vt hic. nã ſi aliũ.ſ. velit accuſare : qualiter publico iudicio dãnat⁹ poterit accuſare ? & ſi non talem pœnam.ſ.libertatis , vel ciuitatis, vel nullã fuerit paſſus cũ eſt infamis: vt.j.ti.j. l.iiij.&.ſ.de iniuſt.rup. teſt.ſi quis filio exheredato.§.irritũ. certe non poterit:vt.j.ti.j.qui accuſare.& l. qui iudicio. Sic ergo quod hic dicit, intellige ſi velit accuſare accuſatorẽ ſuũ:& ſic ſequitur: ergo ſi amiſit ciuitatẽ vel libertatem, vt quia ſit relegatus:poterit illum accuſare:nec poterit illud ei dici, quòd ſit infamis,& ſic non poſſit accuſare niſi ſuam vel ſuorũ, &c.vt.j.titu.j.l.qui accuſare.&.l.hi.quia licitum eſt huic quoquo modo ſe vlciſci:vt arg.j.de bo.eorum.l.j.& de bo.lib. l. qui cùm maior.§.ſi libertus.& de iur.fiſc.l.ij.in prin.Item nec poterit dici quòd iſte videatur calumniator : licet in prima cauſa appareat ꝗ calumnioſe reſiſtebat:quia aliud eſt ſi reſiſtendo,& aliud eſt ſi accuſando commiſit calumniam:vt.j.titu.j.l.ſi cui.§.hiſdem. At alium extraneum accuſare non poſſet , obſtante eo quòd eſt infamis,niſi proſequatur ſuam vel ſuorum iniuriam.& facit.j.de iure fiſ.l.deferre.§.j.&.ij.

A vtrum ita demũ accuſare poteſt, ſi fuerit liberatus , an & ſi pœnam ſubierit. Eſt enim conſtitutum ab imperatore noſtro , & diuo patre eius , poſt damnationem accuſationem quem inchoare[a] nõ poſſe.ſed hoc puto ad eos demũ pertinere,qui vel ciuitatem vel libertatem amiſerũt.[b] Inchoatas planè[c] delationes ante dãnationem, implere eis & poſt damnationem permiſſum eſt.[d]

VI. MARCIANVS *libro quartodecimo Inſtitutionum.*

DEfuncto eo qui reus fuit criminis,& pœna[e] extincta, in quacunque cauſa criminis extincti debet is cognoſcere,[f] cuius de pecuniaria re cognitio eſt.

Damnatus publico iudicio, eſt infamis: ſecus ſi priuato: niſi ſit tale crimen, cuius ciuilis actio infamaret. Barto.

VII. MACER *libro ſecundo iudiciorum publicorum.*

INfamem non ex omni[g] crimine ſententia facit, ſed ex eo quod iudicij publici cauſam habuit. Itaque ex eo crimine quod iudicij publici non fuit, damnatum[h] infamia non ſequetur : niB ſi id crimen[i] ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio[k] infamiam condemnato importat,[l]

N Vptam [a] mihi adulterij reã B poſtulari poſſe in priore matrimonio commiſſi , dubium non eſt:cum apertè lege Iulia de adulteriis coërcendis caueatur , ſi quidem vidua ſit de cuius adulterio agetur, vt accuſator liberum arbitrium [b] habeat adulterum , an adulteram prius accuſare malit .ſi verò nupta ſit:vt prius adulterum peragat,tunc mulierem.

VI. PAPINIANVS *libro primo de Adulteris.*

I Nter liberas tantum perſonas [c] adulterium ſtuprúmve paſſas lex Iulia locum habet . [d] Quod autem ad ſeruas pertinet , & legis Aquiliæ actio facilè tenebit: & iniuriarum quoque compe- C tit : [e] nec erit deneganda prætoria quoque actio de ſeruo corrupto: [f] nec propter plures actiones parcendum erit [g] in huiuſmodi crimine reo. Lex † ſtuprũ & adulterium promiſcuè [h] & καταχρηστικώτερως appellat.Sed propriè adulterium in nuptam [i] cõmittitur , propter partum ex altero conceptum compoſito nomine : [k] ſtuprum verò in virginem viduámve [l] committitur : quod Græci φθορὰν appellant. [m]

f *De ſeruo corrupto*.vt.s̃. de ſer.corru.l.ſi quis ſeruum.in fi.Accur.

g *Erit*.ne etiam extra ordinem puniatur:vt ſupra de offi. præſi.l. fin.vel dic quòd licet vna conueniatur , poterit & aliis conueniri in id quod eſt plus:cum ex vno facto competant:aliàs ſi ex diuerſis,tunc in ſolidum:vt.s̃.vi bo.ra.l.j.& de act.& oblig.l.qui ſeruũ. & de tut.& ra.diſt.l.j.§.in tutela.

h *Promiſcuè*.vt infra de verb.ſign.l.inter ſtuprum.

i *In nuptam*.vel ſponſam alienam:vt.C.eo.l. propter. & infra eo. l.ſi vxor.§.diuus.Accurſius.

k *Nomine*.i.dictione,ſcilicet adulterium.nam dicitur quaſi ad alterius torum acceſſus:vel quaſi ad alterũ acceſſus.& dicunt quòd magis ſignificatione quàm voce ſit compoſitio:ſed certe & voce, ſcilicet ex corruptione:& eſt pœna in fœmina & mare.C.e.l.quãuis.ij.in fi.in ſtupro eſt qualis dicitur Inſtituti. de publi. iudi.§.ij. Item in inceſtu dices infra eo.ſi adulterium.cum.§. nõnunquam. & de lenocinio punitur vt adulter:vt infra.e.l.qui domum.

l *Viduámve*.non meretricem. vel illicitam cõcubinam:vt.C.eo. ſi ea.& ſupra de cõcubi.l.antepenult.& ſupple,vel puerum:vt.C. eo.l.cum vir.& infra eo.l.ſtuprum.§.j.

m *Phthoran appellant*. id eſt corruptionem , quaſi ſocietas turpis, vel conſortium turpe dicatur ſtuprum.

n *Non ſeparatur*.quia ſic accuſat ac ſi eſſet ſui iuris:vt ſubiicit.

o *Poſſe* . forte hoc eſt correctum : vt. C. de bonis quæ libe. l. fin.§.ſancimus. verſicu. neceſſitate . vel illud in ciuili . & pro hoc C. qui accu. non poſſ.l.ij.vbi tutor qui eſt legitimus adminiſtra-

ff. Nouum.

tor,non accuſat nomine pupilli:nec ergo pater.& facit infra eo.l. filium.

p *Crimine*.& alio ſubaudi : nam eiuſdem criminis duos reos eodem tempore facere non poteſt , ſecundum Py. nec obſtat. C. ſi reus vel accuſator.l.j. quia ibi proſequebatur ſuã iniuriam. quod non placet : imò etiam decem poteſt quis eodem tempore accuſare, dum tamen diuerſis libellis : quod plene dic vt.C.qui accuſ.nõ poſſ. l.cum rationibus.

q *Accuſare*.iure ſpeciali : quia ſuam iniuriam proſequitur:vt.d.l.cum rationibus.

r *Cæterarum* . ſcilicet cauſarum:& aliàs cæterorum , ſcilicet criminum ſiue accuſatorum. Accurſius.

Q *Vi pupillam.*] CASVS. Tutor pupillam ſuam duxit in vxorem . dicitur quòd non tenet matrimonium : & poteſt tutor de adulterio accuſari . idem in curatore , ſi intra . xxv. ann. duxit adultam in vxorem non à patre deſpõſatam vel deſtinatam , vel in teſtamento eius nominatam . Vltimò dicit : de inceſtu poteſt tam maſcul⁹ quàm fœmina eodem tempore accuſari. Franciſcus.

ſ *Nec matrimonium eſt*. vt ſupra de ritu nupt. l. non eſt. &. C. de excu. tu. l. ampliſſimi . & ſupra rerum amo.l.ſi concubina.

t *Adulterij* . id eſt ſtupri : cum non ſit matrimonium : & eſt pœna. C. ſi quis eam cuius tutor &c. l. j. ad quæ eſt ſupra de dona. inter vir. & vxo. l. iij. §. j. & in authen. de reſtitu. & ea quæ parit. §. vnũ. col. iiij.

Filiusfamil. poteſt inuito patre accuſare de adulterio vxoris ſuæ . Item maritus poteſt accuſare vxorem de adulterio , licet alios duos de aliis criminibus accuſet.hoc dicit. vſque ad.l.qui pupillam.

Filiusfamiliæ maritus ab eo qui ſui iuris eſt, in ea lege non ſeparatur. [n] Diuus quoque Hadrianus Roſiano Gemino reſcripſit, & inuito patre filium hac lege reum facere poſſe . [o] Maritus etſi duo reos ex alio crimine [p] habeat, poterit iure viri tertium accuſare : [q] quoniã ea cauſa non cedit in numerum cæterarum. [r]

Illicitum matrimonium non excuſat quem à pœna ſtupri. Angelus.

VII. MARCIANVS *libro decimo Inſtitutionum.*

Q Vi pupillam ſuam duxit vxorem contra ſenatuſcõſultum,nec matrimonium eſt [ſ] hoc, & poteſt adulterij [t] accuſari, qui tutor & curator fuit , & * infra vi- C cenſimumſextum annum [u] duxit vxorem non à patre deſpõſam, vel deſtinatam, vel teſtamẽto denominatam.

* intra.

Duo poſſunt ſimul ab vno accuſari crimine inceſtus. hoc dicit. ſequens plana eſt.

In libro ſecundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat: Inceſti [x] † commune crimẽ aduerſus duos ſimul intentari [y] poteſt.

† aliàs eſt hic.l. quæ incipit , Inceſti.

u *Annum*.& inſuper quadriennium: vt. C. de interdicto matrimonio.l.ſi patris.

x *Inceſti*.ſed nõ adulterij:vt.C.eo.l.reos.& infra.e.l. vim paſſam. §.duos.&.§.inceſti.

y *Intentari poteſt*. à diuerſis. Pla. vel dic etiam ab eodem , diuerſis tamen libellis ſecundum Ale.vt ſupra de accuſa.l.hos accuſare.§. D lege.

Q *Vi domum.*] CASVS. Qui præbet domum vt ſtuprum vel adulterium cum aliena matrefamil. aliquis faciat , vel cum puero : item qui accipit pretium à ſcholari vel alio quem inuenit cum vxore ſua , quaſi adulter punitur : cuiuſcunque ſit conditionis. & appellatione domus , omnis habitatio continetur: nec eſt vis etiam ſi amico ſuo præbuit domum ob hoc . idem ſi agrum ſuum vel alienum ob hoc alicui præbuit . Idem ſi præbuit domum ad colloquium ibi faciendum cum aliqua matrefa. ob hoc factum . nam tenetur . Item materfamil. intelligitur non tantùm nupta , ſed etiam vidua . Item non ſolum maſculus tenetur qui domum præbuit , vel qui pretium accepit pro ſtupro: ſed etiam fœmina quæ aliquid de prædictis facit . Vltimo dicit: quædam materfam.non nupta timebat quòd ſi haberet rem cum aliquo,quòd accuſaretur de ſtupro : vnde facta eſt lena, aut operas ſuas in ſcenam locauit , vt ſic euitaret pœnam ſtupri : & ſic poſtea habuit rem cum aliquo . dicitur quòd hæc fraus ſibi non prodeſt: vnde de ſtupro poteſt accuſari . & hoc dicit hæc lex cum duabus ſequen.Fran.

VIII. PAPINIANVS *libro ſecundo de Adulteris.*

QVi domum ſuam vt ſtuprũ adulteriúmve cũ aliena matrefamilias [a] vel cum maſculo fieret, ſciens præbuerit, vel quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit: cuiuſcumque ſit conditionis, quaſi adulter punitur. [b] Appellatione domus [c] habitationem quoque ſignificari palam eſt.

Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. hoc dicit.

IX. VLPIANVS *libro quarto de Adulteriis.*

ET ſi amici quis domum præbuiſſet, tenetur. [d] Sed & ſi quis in agro balneóve ſtuprum fieri præbuiſſet, [e] comprehendi debet. Sed & ſi in domum aliquam ſoliti fuerint conuenire ad tractandum de adulterio: etſi eo loci nihil fuerit admiſſum, veruntamen videtur is domum ſuam vt ſtuprũ adulteriúmve cõmitteretur, præbuiſſe: † quia ſine [f] colloquio illo adulterium non committeretur. [g]

X. PAPINIANVS *libro ſecundo de Adulteriis.*

MAter autem familias ſignificatur [h] non tantùm nupta, ſed etiam vidua. Mulieres quoque hoc capite legis, quòd domũ præbuerũt, vel pro comperto ſtupro aliquid acceperunt, tenentur.

Quæ ſe vilem perſonam facit, vt effugiat legum laqueos: non euitabit pœnam legis. hoc dicit.

Mulier quæ euitandæ pœnæ adulterij [i] gratia lenocinium fecerit, aut operas ſuas in ſcenam [k] locauit: adulterij [l] accuſari damnarique ex ſenatuſconſulto * poteſt.

XI. IDEM *libro ſingulari de Adulteriis.*

MIles qui cum adultero vxoris ſuæ pactus eſt, [m] ſolui ſacramento, [n] deportaríque debet. Militem qui ſororis filiam in contubernio habuit, licet non in matrimonium: adulterij [o] pœna teneri, rectius dicetur. Ea quæ inter reas adulterij recepta eſſet, [p] abſens defendi non poteſt. [q]

Lucrum pecuniarum non eſt præferendum honeſtæ vindictæ.

Socer † cum nurum adulterij accuſaturum ſe libellis præſidi datis teſtatus fuiſſet: [r] maluit accuſatione deſiſtere, & lucrum ex **B** dote magis petere. Quæritur, an huiuſmodi commẽtum [ſ] eius admitti exiſtimes. Reſpondit. Turpiſſimo exemplo is qui nurum ſuam accuſare inſtituiſſet, poſtea deſiſtere maluit, contentus lucrum ex dote retinere, tanquam culpa [t] mulieris dirempto matrimonio. quare non iniquè repelletur, [u] qui commodum [x] dotis, vindictæ domus ſuæ præponere non erubuit. Adulterij reum intra quinque annos continuos à die criminis admiſſi, [y] defuncta [z] quoque muliere poſtulari poſſe [a] palam eſt.

**C** Dies conſtituti ad accuſandum de adulterio, ſunt vtiles. hoc dicit.

Quidam accuſare volebat adulterij mulierem: & poſtulabat ne ſibi computarentur dies quos in cuſtodiam [b] feciſſet. [c] * me hoc admittente, extitit qui mihi contradiceret: cuius opinionem an tu probes, rogo maturius mihi ſcribas. Reſpondit: Opinionem tuam & verba legis & ſentẽtia adiuuãt, cui placuit vtiles dies [d] accuſatori computandos eſſe, id eſt quibus potuit accuſationis ſolemnia implere. Quare ſine dubio dies quibus quis in cuſtodia fuit, extra cõ**D**putationem vtiliũ dierum exiſtimanti tibi conſtitutos, contradici

a *Matremfamilias*. hoc expone vt infra eo. l. mater.

b *Punitur*. ſupra de mino. l. auxilium. §. j. & de extraord. cri. l. j. in fine. & l. proxi. & l. mariti. in prin. & §. j. ij. & iij.

c *Appellatione domus*. ſic ſupra de iniur. l. lex. Cornelia. §. domus. & infra eo. l. nec in ea. §. ij.

d *ET ſi amicis. Tenetur*. cõtra videbatur: vt ſupra de excep. l. ij.

e *Præbuiſſet*. id eſt permiſiſſet: vt. C. de male. & math. l. iij.

f *Sine*. facit. ſ̃. de auro & argẽ. leg. l. cũ autẽ. §. infecti. ibi, quid ergo. [a]

g *Non committeretur*. facile. ad quod. ĩ. de verb. ſig. l. Nepos Proculo.

a] vbi dicitur in gloſ. facti, quòd cœptum habetur pro facto.

h *MAter autem ſignificatur*. ſupra eod. qui domum & facit infra de verbo. ſig. l. pronuntiatum. §. matrem. Accur.

i *Adulterij*. ſi propriè ponas adulterij: dic ꝙ hæc fraus ſibi non proficiebat: vt. ĩ. eo. ſi vxor. in princ. Si dicas (quod eſt verius) quòd impropriè pro ſtupro, vt quia non erat nupta: bene dicit: quia pœna ſtupri non tenet eas inhoneſtas. C. eo. l. quæ adulteriũ. & plene dic vt ibi. & facit. C. eod. l. ſi mulier.

† qua.

k *In ſcenã*. per hęc duo fit infamis ipſo iure: vt ſupra de infa. l. j.

l *Adulterij*. ſ. propriè: vel id eſt ſtupri: vt modo notaui.

MIles.] CASVS. Miles pactus eſt cũ adultero vxoris ſuæ. remouetur à militia, & deportatur. Itẽ miles qui iacuit cum filia ſororis: de inceſtu accuſari poteſt. Item accuſata de adulterio, & recepta inter reos, non poteſt defendi per alium, etiam ſi ſit abſens. Vltimo dicit: ſocer volens accuſare nurum de adulterio, eſt proteſtatus coram præſide ſe velle dare de hoc libellum. poſtea deſtitit, volens lucrari dotẽ, quaſi eius nurus culpa ſolutũ ſit matrimonium. dicitur quòd volens iterum accuſare non auditur [ADVLTERII.] De adulterio poteſt accuſari adulter intra quinquennium à tempore commiſſi criminis, etiam muliere defuncta. Secundo dicit quòd dies. lx. qui dantur marito ad accuſandum, item quatuor menſes qui dantur extraneo, ſunt vtiles: & ideo non currunt accuſare volenti, donec eſt captus, & ſic in cuſtodia ſit: in prædicto tamen tempore computantur etiã feriati dies ſi præſidis fuit copia. Sed pone quòd deſponſaui quãdam: & pater eius alij eam nupſit & tradidit. dicitur quòd non poſſum eum qui eã duxit, de adulterio accuſare. poſtea dicit: defuncto viro eius vxor de adulterio accuſabatur. ipſa dicebat debere differri cauſam iſtam donec filius ſuus impubes erit magnus, quaſi hæc cauſa tangat eum. dicitur quòd non auditur hæc fœmina: cum hæc cauſa non præiudicet filio eius. [VOLENTI.] Non poteſt vxor donec perſeuerat in matrimonio, accuſari de adulterio: ſed nec adulter poteſt interim accuſari. Secundo dicit: mulier nupta eſt ſecundo, de quo erat ſuſpicio quòd viuo primo viro habebat rem cum iſta. non poteſt iſta accuſari de adulterio ante adulterum. & adducitur pulchra ratio. Tertio dicit: cum Berta audiſſet quòd vir ſuus qui iuerat vltra mare vel alibi, deceſſiſſet: nupſit ſe Titio. deinde vir reuerſus eſt. quæritur an iſta puniatur? & dicitur quòd ſi longo tempore expectauit primum virum, & audito quòd deceſſerat, nupſit ſecundo: nõ punitur. ſi autem finxit ſe audiſſe virum deceſſiſſe, & nupſit: hoc caſu punitur. [REAM.] Accuſatam de adulterio ſciens duxi eam in vxorem: & cum ſit damnata, eam repudio. dicitur quòd culpa mulieris dicitur factum diuortium: vt ſic patiatur pœnas quæ mulieribus ob hanc cauſam imponuntur à lege. C. de repudiis. l. conſenſu. Franciſcus.

* Facto tẽporib. Tiberij, Syllano. & Norbano coss. Tacit. lib. 2.

m *Pactus eſt*. gratis, vel non gratis. nam vtrunque prohibitum eſt: vt C. eod. l. de crimine. & de tranſact. l. tranſigere. & dic vt ibi. Accurſius.

† Bart. hic allegat iſtũ tex. pro no. ad hoc ꝙ cõminatio de accuſando, ſi deſiſtat ab illa cõminatione, ita repellit quẽ ab accuſatione, ſicut ſi accuſaſſet, & poſtea deſtitiſſet. Bolog.

n *Sacramento*. militiæ. quod dic vt ſupra de infa. l. ij. §. miles. & facit infra de re milita. l. qui cum vno. §. adulterij.

o *Adulterij*. id eſt ſtupri. ad quod ſupra de iis quibus vt ind. l. mulierem.

p *Recepta eſt*. hoc autem poſſet fieri de abſente, ſcilicet recipi ĩter reos: vt. C. eod. l. adulteram. Accurſius.

q *Non poteſt*. hic dic vt ſupra de publi. iudi. l. pe. §. j. ſed fallit in caſu: vt. C. e. l. quamuis indubitati. Accurſius.

* fuiſſet.

r *Fuiſſet*. quod propriè fit apud præſidem, vel magiſtratum: vt. C. de cano. fru. vr. Ro. l. j. & not. quòd hic libellum nõ dedit. nam tunc nulla eſſet dubitatio: vt ſupra. l. j. §. j.

ſ *Commentum*. aliàs cõmercium.

t *Culpa*. quo caſu vir dotem lucratur: vt. C. de repu. conſenſu.

u *Repelletur*. ab accuſando iterum: non autem incidit in Turpil. vt. C. ad Turpil. l. j. contra. ſed non incidit in Turpil. ante lit. conteſta. vt ibi: ſed denuo accuſatum non repetit: vt hic, & ſ̃. e. l. ij. §. marito. Accurſius.

x *Commodum*. ſic. ſ̃. de iure do. l. cum poſt. §. & patrona. Item. C. de dona. inter virum & vxo. l. ſi maritus. & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. reprehendenda.

y *Admiſſi*. facit. ĩ. eo. l. mariti. §. præterea. & §. quinquennium. & l. quinquennium. & ſ̃. ad Sila. l. in cognitione. Accur.

z *Defuncta*. ĩ. eo. l. vim paſſam. §. in matrimonio. & l. fina.

a *Poſſe*. ſcilicet maritum, vel alium, ex parte ſubiecti.

b *In cuſtodiam*. ſcilicet publicam: vt. ĩ. de verbo. ſigni. l. vinculorũ. & ſ̃. ex qui. cau. ma. l. ſuccurritur. Accur.

c *Fuiſſet*. ſcilicet ipſe accuſator.

d *Vtiles dies*. lx. vt. C. eo. l. iure mariti. & quatuor menſes: vt ſupra eo. ſi maritus. j. §. hæc in maritis.

*Non*

a *Non debuit*. vt.C.eodem.l.commiſſa.&.l.ſi quondam.& ſupra de diuer. præſcript.l.j. & ſupra quib. ex cau. ma.l. ſi qua.& infra proxi.§.dixi.

b *Vtiles computantur*. vt ſupra proxi.§.

c *De plano*. id eſt non ſedente iudice pro tribunali.Sic in aliquibus bo.poſ. in aliis nõ: vt ſupra quis or. in bo. poſ.ſer. l.ij.§.j. contra. Item quod dicit de die feriato : eſt ſpeciale.ſic C.de fer.l.j.& de dila.l. ſiue.§.j.aliàs contra ſupra ſi quis in ius vo.nõ ierit. l. ij. §. fin. & facit ſupra de condit. & demon. l. quibus diebus. in prin.& de offic.procon.l.nec quicquam.§. de plano. Accur.

d *Deferre*.fa.C.eo.l.iure mariti.

e *Nouam rem*. & ideo non auditur. aliud ſi à non viro ſit cognita: vt in contrario infra eo.l.ſi vxor.§.diuus.

f *Poſtulatur*.facit infra eo.l.fin.in fin.

g *Impetrare*. hoc autẽ petebat ad inſtar Carbo. edict. vt ſupra de Carbo.edic.l.j. in prin. & ad inſtar ventris: vt de ven.in poſ.mit.l.j.§. ſi ea. Accurſius.

h *Nõ videtur mihi*.imò videtur differri : vt ſupra de ventre in poſſeſ. mit.l. antepen. contra. ſolu. hic de iam nato: ibi de naſcituro.vel ibi male reſpondit & ſcripſit Hadrianus:vel perſonaliter. Ioan. vel ibi dum naſcitur : vt.ſ. de pœn.l.iij. vel vt not.C. de fal.l. j. & facit ſupra de Carbo.edic.l. Titia. & infra eo.l.in crimine.

i *Cum poſſit*.ergo à cõtrario cum mater accuſatur de partu ſuppoſito, debet differri quæſtio propter puerum. ſed.l.dicit contra ſupra de Carbo. edict. l. j. §. fin. &.l.ij.&.C.de fal.l. j.ſi enim cõſtat in cauſa matris partum ſubiectum , ſit præiudicium filio. Ad quod dic quòd ideo non differtur, quia maiori conſtantia ſe defenderet : nec dicas præiudicium fieri filio. & quod dicitur in. d.§.fin. quòd filio denegatur actio de hereditate : verum eſt ſi ſententia contra ſe fuerit lata,non contra matrem : vt ſupra de iureiur.l.iij.§.penult.nec ob.prædictis de Carbo.edict.l.iij.§. ibidem.vbi etiam in pubere fratre differtur quæſtio propter impuberem : quia ibi in illo pubere ceſſat ratio quam in matre dixi. nam non eſt conſtans,cum ſit minor vigintiquinque an.Item neſcit veritatem rei vt mater.

k *Non poſſe mulierem*. iure iſto prius debet vir vxorem dimittere, & tunc accuſare : vt hic : & infra eo.l.conſtante.&.C.e.l.crimen. nec eſt contra infra eo.l. vim paſſam.§. nupta.vt ibi not. ſed hoc videtur corrigi etiam iure codicis : vt.C.eo. quamuis.ij.ſic enim dicit,connubia. vel ibi in perſonis certis : hic in extraneis.vel dic ff. Nouum.

† Caſum hic habes nota. ad hoc q̃ mulier meretrix habens maritum, ſi pariat, part⁹ natus ex ea præſumitur ex matrimonio natus. Bolog.

* accuſari.

non debuit.[a] Sexaginta dies qui marito accuſante vtiles computantur,[b] feriatis quoque diebus, ſi modò facultatem præſidis adeundi accuſator habuit, numerari certum eſt : quoniam de plano[c] quoque libellus dari poteſt. Quod priuilegium ſi amiſit, non prohibetur intra alios quatuor menſes querelam ſuam apud iudicem deferre.[d] Quærebatur, an iure mariti poſſit accuſare vir eam fœminam quæ cum ei deſponſa fuiſſet, alij in matrimo- B nium à patre fuiſſet tradita. Reſpondit: Nouam rem[e] inſtituere huiuſmodi accuſatorem exiſtimo, qui adulterij crimen obiicere deſiderat propter hoc tantùm, quòd priori ſibi deſponſa puella, à patre in matrimonium alij fuerit tradita. Defuncto marito, adulterij rea mulier poſtulatur.[f] Quæ propter impuberem filium vult dilationem ab accuſatore impetrare,[g] an debeat audiri? Reſpondi : Non videtur mihi[h] confugere ea mulier ad iuſtam defenſionem, quæ ætatem filij prætendit ad eludendam legitimam accuſationem. Nam C non vtiq; crimen adulterij quod mulieri obiicitur, infanti † præiudicat : cum poſſit[i] & illa adultera eſſe, & impubes defunctum patrem habuiſſe.

Vxor non repudiata non poteſt de adulterio accuſari.Bart.

Volenti mihi ream adulterij poſtulare eam quæ poſt commiſſum adulterium in eodem matrimonio perſeuerauerit,contradictum eſt.quæro, an iuſtè reſponſum ſit. Reſpondit : Ignorare non debuiſti, durãte eo matrimonio in quo adulterium dicitur eſſe commiſſum, non poſſe mulierem[k] ream D adulterij fieri, ſed nec adulterum interim accuſare * poſſe.

Adultera ſecundo nubens non poteſt accuſari : niſi prius conuicto viro de adulterio.Bart.

A ibi connubia ſecundò contracta, cum iam alij nupſerat. Vel dic futura, vel etiam præterita.at iure authen.eſt expeditum vt conſtante matrimonio accuſet, & conuictam deferat : vt in authen. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero plurimas. colla. viij. & in authen.ſed hodie.C.eo.

Licet[l] ei mulier qui in ſuſpicione adulterij incidit, nupſiſſe dicatur : non ante accuſari poterit,[m] quàm adulter fuerit conuictus.[n] Alioquin ad hoc vel maximè viri confugient,volentes bene concordatum[o] ſequens matrimonium dirimere, vt dicant cum adultero mulierem nuptias contraxiſſe.

Fama excuſat à dolo,niſi habeat originem ab eo qui propter famã ſe vult excuſare.Bart.

Mulier cum abſentem virum audiſſet vita functum eſſe, alij ſe iunxit : mox maritus reuerſus eſt. quæro quid aduerſus eam mulierem ſtatuendum ſit. Reſpondit, tam iuris quàm facti quæſtionem moueri. Nam ſi longo[p] tempore tranſacto ſine vllius ſtupri probatione, falſis rumoribus inducta, quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nuptiis ſecundis[q] iuncta eſt : quòd veriſimile[r] eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri poteſt. Quòd ſi ficta mariti mors, argumentum faciendis nuptiis probabitur præſtitiſſe : cum hoc facto pudicitia laboret, * vindicari debet pro admiſſi criminis qualitate.

Non videtur in culpa qui dimittit eam quam retinere non poteſt.Bartolus.

Ream † adulterij vxorem duxi.[ſ] eam damnatam mox repudiaui. Quæro, an cauſam diſſidij præſtitiſſe videor. Reſpondit: Cum per legem Iuliam huiuſmodi vxorem retinere prohibearis:[t] non videri cauſam te diſſidij præſtitiſſe, palam eſt. Quare ita ius tractabitur, quaſi culpa mulieris facto diuortio.[u]

XII. VLPIANVS *libro primo de Adulteriis.*

HÆc verba legis, *Ne quis poſthac*[x] *ſtuprum adulterium facito ſciens dolo malo*:[y] & ad eum qui ſuaſit, & ad eum qui ſtuprum vel adulterium intulit, pertinent.

l *Licet*. id eſt quamuis:& eſt aliàs ei:& ita, qui. & eſt plana. aliàs eſt ea : & ita, quæ : & tunc ſupple ibi,nupſiſſe dicatur, ſcilicet ſuſpecto. & facit infra eod.l. quæſitum. Item argu.contra.in authen. de rapt. mulie. coll. ix. Accurſius.

m *Poterit*. poſtea ergo ſic : vt. C. eod. l. commiſſum.

n *Conuictus*. hoc ſi nupſerit ante denuntiationem : vt ſupra eo.l. ij.in princ.

o *Concordatum*. ad hoc infra eo.l. conſtante.& ſupra de libe.homi.exhiben.l.j.in fin.

p *Si longo*. id eſt decennio, vel vicennio: vt inſtitu.de vſucap. in princ.

q *Nuptiis ſecundis*.quãtum ad vtriuſque propoſitum. vnde dico filios interim natos, legitimos eſſe:ſed vir reuerſus recuperat vxorem ſuam : vt in authẽ. vt liceat matri & auiæ. §.quod autem.col.viij. & in decre. xxx.q.j.c.j. & facit ſupra de repud. vxores. &. C. de repu. l.vxor.

r *Quòd veriſimile*.quòd id eſt quia : & eſt ratio ſequentis.Accur.

ſ *Vxorem duxi*. ſciens vel ignorans eam accuſatam : ſed non credẽs eam commiſiſſe crimẽ: aliàs eſſem leno : vt.C. eodem. l. ſine metu. & l.caſtitati.

t *Prohibearis*.ſciens,vt modo dixi.

u *Diuortio*. vt habeat locum lex. C. de repu. l.conſenſu.

HÆc verba.] CASVS. Exponit quędam verba, quæ forte erant talia : nemo iudex dimittat impunitum adulteriũ vel ſtuprum factum poſt hãc legem.hæc enim verba ſpectant ad eum puniendum qui fecit ſtuprum vel adulterium. Item ad eum qui ſuaſit hæc fieri.Franc.

* Flo. laboretur,vindicare.

† Bartol.hic poſt Dy.per iſtũ text. determinat talem quæſtionẽ : an ſi aliquis reliquit centũ eccleſiæ fratrum prædicatorũ, ſi ibi eũ ſepelierint : tali loco in eccleſia : poſtmodum ſe occidit, vel î tali ſtatu deceſſit ita quòd nec ibi nec alibi in ſacro ſepeliri potuit,debeant fratres cẽtũ habere: decidit quòd ſic.

x *Poſthac*. vel poſt hoc,id eſt in poſterum.

y *Dolo malo*. defectiua ſunt.forte enim erant talia : nemo iudex dimittat impunitum adulterium vel ſtuprum factum poſt hanc. l.& hoc ſi habeas,factum.aliàs eſt facito : & tunc eſt ſic ſupra eo. l.miles.§. penult. & infra eo.l. pen. aliàs eſt ſtupro vel adulterio facto : ſed non eſt bona.

SI vxor.] CASVS. Patronus habebat libertam ſuam in concubinã. Titius iacuit cum ea. dicitur quòd patronus poteſt eam accuſare de ſtupro tanquã extraneus, non vt vir,cum non ſit vir. Secundo dicit:habebas vxorem,bonã,vel malam.ipſa iacuit cum

ſcholari. competit tibi accuſatio adulterij. non enim ſoli Atridæ vxores ſuas amant. & hoc eſt verum, etiam ſi ipſa vxor ſit meretrix. nam adulterium committit qui cum ea iacet. ſecus ſi eſſet vidua & meretrix. nam qui cum ea iacet, non committit ſtuprum: ſed ſi quis iacet cum ſponſa mea, ſtuprum committit: & de hoc poteſt accuſari. ſi iacet cum concubina mea, poſſum eum de ſtupro accuſare: non de adulterio, cum vir non ſim. Vltimo dicit: in cauſa adulterij cum vir accuſat vxorẽ ſuam de adulterio, debet iudex inſpicere an iſte vir ſit pudicus, an vero fuerit leno: & puniat eum. [SI QVIS PLANE VXOREM.] Accuſo vxorem meam de adulterio, ob id quòd antequam mihi eſſet nupta, iacuit cum ſcholari. dicitur quòd nõ audior. Idem & ſi tunc temporis fuerit concubina. Idem ſi filia mea nupſit alicui ſine mea voluntate: & poſtea conſenſi illis nuptiis. nam ceſſat accuſatio adulterij ob præcedens factum. Vltimo dicit: aliquis iacuit cum vxore mea capta ab hoſtibus. poſſum eam reuerſam ab hoſtibus de adulterio accuſare, niſi per vim hoſtiũ illud paſſa fuit. [SI MINOR.] Minorem xij. annis deſpoſaui, & eam in domum meam duxi. iſta iacuit cum ſcholari. poſtea facta maior xij. annis eſt: & ſic vxor mea eſſe cœpit. volo eam de adulterio accuſare commiſſo ab ea intra minorem ætatem. dicitur quòd non audior: ſed de ſtupro poſſum eam accuſare. Secũdo dicit: cum vxore mea iacuit ſcholaris. eandem repudio: & aliquo tempore elapſo eandem reduco in vxorem. dicitur quòd amodo nõ poſſum eam de adulterio prius commiſſo accuſare. & redditur ratio in litera. Vltimo dicit: quandam puellam accepi in vxorem: nunc volo eam de ſtupro accuſare quod cõmiſit antequam eſſet mihi nupta. dicitur quòd non audior: & redditur ratio in litera. Franc.

A vel id eſt legitimi viri, ſecundum H. vnde Virgilius: Coniuge prærepta, nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor, ſoliſque, &c. Accurſius.

h *Vindicare*. iure extranei: non iure mariti: vt infra eod. l. marito. in fin. & argu. infra proxi. §.

XIII. IDEM *libro ſecundo de Adulteris.*

SI vxor non fuerit in adulterio,[a] concubina[b] tamen fuit: iure quidem mariti accuſare eam non poterit, quæ vxor non fuit: iure tamen extranei accuſationem[c] inſtituere non prohibebitur, ſi modò[d] ea ſit quæ in concubinatu ſe dando, matronæ nomen non amiſit, vtputa quæ patroni concubina[e] fuit. Planè ſiue iuſta[f] vxor fuit, ſiue iniuſta: accuſationem inſtituere vir poterit. Nam & Sextus Cæcilius ait, hæc lex ad omnia matrimonia pertinet. & illud Homericum adfert. Nec enim ſoli (inquit) Atridæ[g] vxores ſuas amant. οὐ * μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι. Sed & in ea vxore poteſt maritus adulterium vindicare,[h] quæ vulgaris[i] †fuerit: quãuis ſi vidua eſſet, impune in ea ſtuprum committeretur. Diui B Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc idem vindicandum:[k] quia neque matrimonium qualecunq;, nec ſpem matrimonij violare permittitur. Sed & ſi ea ſit mulier, cum qua C inceſtum commiſſum eſt: vel ea quæ quamuis vxoris animo haberetur, vxor tamen[l] eſſe non poteſt: dicendum eſt iure mariti accuſare[m] eam non poſſe: iure extranei[n] poſſe.

Nemo iure ab alio virtutem exigere conatur quam ipſe non habet: iuxta illud Iuuena. Nil Iudæus Iudæo: nil Catilina Cethego. Et Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. hoc dicit.

Iudex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur[o] eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat.[p] Quæ res poteſt & virum damnare: non rem ob compenſationem mutui criminis inter vtroſque[q] communicare.

Si quis vxorem ſuam velit accuſare, dicátque eam adulterium commiſiſſe antequam ſibi nuberet: iure viri accuſationem inſtituere non poterit:[r] quia non cum[ſ] ei nupta eſt, adulterium commiſit. Quod & in concubina[t] dici poteſt, quam vxorem quis poſtea habuit: vel in filiafamilias,[u] cuius coniunctioni pater poſtea conſenſit. *

Non coinquinatur corpus niſi de conſenſu mentis. hoc dicit.

Si quis planè vxorem ſuam, cum apud hoſtes eſſet, adulteriũ commiſiſſe arguat, benignius dicetur poſſe eum accuſare iure viri:[x] ſed ita demum adulterium maritus vindicabit, ſi vim hoſtium paſſa non eſſet. Cæterum quæ vim patitur: non eſt in ea cauſa vt adulterij vel ſtupri damnetur.[y] Si minor duodecim annis in domum deducta, adulterium commiſerit, mox apud eum ætatem exceſſerit, cœperítque eſſe vxor: non poterit iure viri accuſari ex eo adulterio quod ante

i *Vulgaris*. hoc eſt cõtra. C. eod. l. quæ adulterium. & l. ſi ea. Solu. neutra erat ibi vxor: hic ſic: & ideo ibi adulterium pro ſtupro dicitur. Sed alij dicunt, hic vere meretrix. in l. quæ adulterium, præſumptiue, vt quia vinum propinabat. vel dic hic de ea quæ dicit eſſe vulgaris, & accepit virum. ſecus ſi vidua remãſiſſet, vel vulgaris. nam impune ſtuprum, &c. Item nota hic delictum remanere impunitum. & ſic eſt argu. contra ſupra ad l. Aquil. l. ita vulneratus. ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quòd propter vilitatem vitæ delictum hic habetur pro non delicto.

k *Vindicandum*. ſcilicet iure viri: ſi modò vxor eſſe poterit: aliàs non de adulterio, ſed de ſtupro, quaſi ſponſam: vt infra ead. l. §. ſi minor. & C. eo. l. propter. vel dic vt ibi. Item contra ſupra eod. l. miles. §. quærebatur. Sol. vt ibi. item facit ſupra de iniur. l. item apud. §. ſponſum.

l *Tamen*. alia cauſa quàm cõſanguinitatis.

m *Accuſare*. de adulterio.

n *Iure extranei*. non iure mariti: vt infra eod. §. fina. & ſupra eod. in princip.

o *Videtur*. vt ſupra de pu. iudi. l. is qui. & de eden. ſi quis. §. prætor ait. verſi. prohibet.

Hæc verba vſurpat Vlp. ex cõſti. Diui Seueri poſita. in Gregoriano, vt ait D. Augu. ad Pollẽtiũ, vt prim⁹ indicaui lib. 1. ſubſeciuarũ.

* Flo. conceſſit.

* Iliad. 1. Hoc dicebat Achilles tactus amore ſibi raptæ ab Agamẽnone Briſeidos. Vide Eraſ. chil. 4. cent. 9. prou. 34.

† Vulgaris vxor quæ ſit, docet hic Bud. & Alc. lib. 2. Parer. ca 40.

a *In adulterio*. id eſt ſtupro. adulterium enim proprie eſſe non poteſt: vt. s. eo. l. inter liberas. §. j. alij contra.

b *Concubina*. Non fecit ſtuprum cum erat vxor, ſed cum erat concubina.

c *Accuſationem*. ſcilicet ſtupri: ſed alij, id eſt adulterij. & adde quod dicitur. C. eo. l. ſi ea. & l. quæ adulterium. item & quod eſt ſupra de concu. l. j. in prin. & §. cum Atilicino. & l. in concubinatu. & infra eo. l. diuus. & §. ſi quis vxorem.

d *Si modò*. aliàs ſi modò. & infra eſt, non: aliàs ſi non. & deeſt. infra non.

e *Concubina*. hæc non amiſit honorem matronæ: vt argu. ſupra de ritu nupt. l. ſtuprum.

f *Iuſta*. id eſt bona. & iniuſta, id eſt mala: [a] vxor tamen. vel dic iniuſta: quia erat talis quæ impune poterat dimitti: ad quod eſt C. de repu. l. conſenſu. & de ſponſa. l. mulier. §. his illud quoque. vel dic iuſta, id eſt legitima: iniuſta, id eſt nõ legitima: vt quia de facto erat vxor, iure tamen prohibita: vt infra. §. diuus. in fine. & arg. ſupra ad Sila. ſi quis in graui. §. ſi quis codicillos. Accur.

g *Soli Atridæ*. id eſt nobiliſſimi: ſic dicti à genere: imò etiã parui:

a] Errat hic toto cœlo Accurſius. Proin tu vide Budæ. in anno poſteriore.

p *Non exhibeat*. committendo lenocinium. & dic quòd poſtquã eſt recepta inter reos: & ſic non extinguitur accuſatio adulterij, ſed vterque punitur: ſecus ſi ante: vt ſupra eo. l. j. §. qui hoc dicit. & §. ſi publico. contra. Alij dicunt quòd hic etiam ante lit. conteſt. obiicitur: & quòd dicit virum damnare, exponunt alio D accuſante, non viro: vel etiam viro non vt viro, vt ibi: ſed extranei iure, vt hic.

q *Inter vtroſque*. hoc aliquando fit, ſcilicet ſi ante litis conteſtationem obiicit. arg. ſupra ſolu. matri. l. viro. & de compenſa. l. ſi ambo. in princip. & de dolo. l. ſi duo. & de eo per quem factum erit. l. fin. §. j.

r *Non poterit*. nec iure extranei: vt infra eo. l. fina.

ſ *Non cum*. aliàs non cum: & aliàs, antequam ei nupta eſſet.

t *In concubina*. vt ſi aliquis habeat cõcubinam, & alius eam violet, licet celebretur poſtea matrimonium inter concubinam & amaſium: non tamen accuſari poterit de adulterio: ſed iure extranei: vt. s. in prin. l. niſi. quia eam approbat: vt in fin. huius. l.

u *In filiofamilias*. Sic pone quòd filiafamilias nupſerat ſine conſenſu patris: vnde cum matrimonium non valeret, vt inſtitu. de nup. in prin. nec adulterij accuſatio locum habet. Accur.

x *Viri*. contra videbatur: quia non eſt vxor: vt in authen. de nupt. §. ſed & captiuitatis. col. iiij. & s. ſolu. ma. l. ſi quis ſic.

y *Damnetur*. vt. C. eo. l. fœdiſſimam. & infra. l. vim paſſam. & ſupra de poſtu. l. j. §. remouet. Accurſius.

*Sponſa.*

a *Sponſa.* nam poteſt eſſe ſponſa, licet non vxor, à.vij.ann.vt ſupra de ſpon.l.in ſponſalibus.

b *Quod ſupra.* in.§.diuus.

c *Eam.* vt infra eo.l.quæſitum.in fine.& ſupra rerum amo.l.fin.&.C.de teſta.l.ſi quis.& ſupra nau.cau.l.penul.§.fina.& ſupra de ædil.edic.l.quòd ſi nolit.§.in factum.Sed arg.contra ſupra man.l.qui mutuam.§.nõ ideo.& de nego.geſt.l.Pomponius.& ſupra.l.ij.§.qui hoc.Accurſius.

I*S cuius.*] CASVS. Qui opem præſtitit, item qui dolum commiſit vt ſcholaris, vel fœmina in adulterio ſit inuenta, & ſe pecunia redimat: tanquam leno punitur. Secũdo dicit: ſubieci quendam ſcholarem in camera mea, vt ſic eum inueniã cum vxore mea: & hoc feci cauſa eam infamandi. dicitur quòd ego puniar, & etiam ipſa. & dic de hoc vt in gloſ. domini mei Accurſij. Tertio dicit: vir vel pater mulieris poteſt primo accuſare adulterã, & hoc intra ſexaginta dies: nec aliquis alius interim admittitur: ſed poſt ſic. Quarto dicit: qui iure mariti accuſat: ſi committat calumniam, punitur: & hoc declara vt in gloſ. domini mei Accurſij quæ incipit, maritus, &c. Franc. Accurſius.

† No, quod ſemel eſt approbatum, amodo non poteſt reprobari. cõ cor. text. in cano. in iſtis. 4. di. tex. in cano. dilectiſſimi. 8.q.2. in cano. horrendus. 32. q. 5.

ætatem nupta commiſit: ſed vel quaſi ſponſa [a] poterit accuſari ex reſcripto diui Seueri, quod ſupra [b] relatum eſt.

Quod approbo, non reprobo. hoc dicit vſque in finem legis.

Sed & ſi qua † repudiata mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio durante, ſed quaſi alio interpoſito: videndum eſt an ex delicto quod in priore matrimonio admiſit, accuſari poſſit. Et puto non poſſe. Aboleuit enim B prioris matrimonij delicta, reducendo eam. Idem dicendum eſt ſi ſtupri velit accuſare eam [c] quam poſtea duxit vxorem. ſerò enim accuſat mores quos vxorem ducendo probauit.

XIIII. SCÆVOLA *libro quarto Regularum.*

IS cuius [d] ope conſilio dolo malo factum eſt vt vir, fœmináve in adulterio deprehenſa, pecunia, aliáve qua pactione ſe redimerent: eadem pœna [e] damnatur, quæ conſtituta eſt in eos qui lenocinij crimine damnãtur. Si vir infamandæ vxoris ſuæ cauſa adulterum ſubiecerit, vt ipſe deprehenderet: & vir [f] & mulier adulterij crimine tenentur [g] ex ſenatuſconſulto [h] de ea re facto.

Marito primùm, vel patri [i] eam filiam quam in poteſtate habet, intra dies ſexaginta diuortij accuſare permittitur: nec vlli alij * intra id tempus agendi poteſtas datur. vltra eos dies neutrius [k] voluntas expectatur. Iure mariti qui accuſant, calumniæ periculum non euitant. [l]

Quãdo duo habẽt æquale ius, & eſt locus præoccupationi: ſi vnus eſt impeditus, impeditur ſocius. h.d. principium huius legis. Bart.

XV. VLPIANVS *libro ſecundo de Adulteriis.*

S*I maritus.*] CASVS. Vxor Titij qui erat magiſtratus alicuius ciuitatis, iacuit cum ſcholari. dicitur quòd pater huius fœminæ non poteſt interim accuſare donec Titius ſit in magiſtratu: & interim non currunt ſexaginta dies patri. [LEGIS IVLIÆ.] Nõ poteſt accuſari de adulterio qui cauſa rei publicæ abeſt ſine detrectatione, id eſt qui non dedit operam vt abeſſet cauſa euitandæ accuſationis. Item præſens nõ accuſatur quãdoq; de adulterio: vt ſi oportet eum vigilare circa cuſtodiam turris vel caſtri. Vltimo dicit: Bononiẽſis quidã erat abſens cauſa reipublicæ, puta in ciuitate. Neapolitana: vbi nunc eſt papa Alexander.iiij. ibi commiſit adulterium. dicitur quòd ibi poteſt accuſari: niſi ſit talis perſona quæ non poſſit ſub præſide conueniri. quod declara vt in glo. domini mei Accurſij. [SI NEGAVERINT.] Si pater fœminæ quæ iacuit cũ ſcholari, & vir eiuſdem dicit ſe nolle accuſare de adulterio: ſtatim currunt tempora extraneis accuſare volentibus: & pater & vir amodo accuſare non poſſunt.

* in.

d *Is cuius.* hoc expone vt ſupra de fur.l.in furti.§.ope.&.§.recte.& facit ſupra eo.l.hæc verba.

e *Ea pœna.* ergo adulterij: vt ſupra qui domum. ergo gladij: vt C.eo.l.quamuis.ij.in fin.& facit quòd æqualiter teneantur.C.de accu.l.non ideo.& ſupra de dolo.l.& eleganter.§.ſi quadrupes.& ſupra de iniur.l.ſed ſi vnius.§.ſi iuſſu.& infra de iure fiſc.l.j.§.diuus Pius.

f *Et vir.* quia ſuaſit: vt.ſ̃.eo.l.hæc verba.

g *Tenentur.* hæc videtur ex ſola deprehenſione damnata: vt ſupra de ritu nupt.l.palam.§.qui in adulterio.vel illud quo ad prohibitionem nuptiarum cum præditis dignitate.

h *Ex ſenatuſconſulto.* cuius nomen non habemus.

i *Vel patre.* Imò pater non: vt infra eod.l.nec in ea.§.j. Solu.vt ibi.Accurſius.

k *Neutrius.* nec patris, nec viri: ſed de iuſto accuſatore cõſtituetur: & poterit eſſe quòd etiam vir vel pater præferatur: vt.ſ̃.eo.l.ij.§.fin.& facit.ſ̃.eo.l.iiij.&.C.eo.l.iure.&.l.quamuis.ij.

Maritus in accuſando plura præcipua habet.

l *Non euitant.* Maritus habet quædam præcipua iura in accuſando. Primum, quia habet ſexaginta dies quibus præfertur aliis: vt ſupra proxi.§.Item ſine metu calumniæ.Item ex ſola ſuſpicione. Item ſecundum P.ſine inſcriptione, ſeu libello: vt.C.eo.l.quamuis.ij.ſed in hoc vlti. dic vt ibi not. hæc eadem habet pater, præterquam quia vir ei præfertur, niſi colludat, vel ſit infamis: vt ſupra proxi.§.& ſupra eo.l.ij.§.fina. & præterquam quia non accuſat ex ſola ſuſpicione ſine libello: quod viro licet, ſecundum quoſdã.Sunt & alij qui habent aliqua de prædictis.ſcilicet quòd anteponantur aliis: ſed cætera non habent: vt colligitur ſupra proxi.§.&.C.eod.l.quamuis.ij. Item in eo quòd hic dicitur ſine metu talionis hos accuſare non poſſe, eſt contra.C.eod.l.quamuis.ij.&.l.iure mariti.in fin.& infra.l.proxi.§.lex Iulia.in fin.§.& ſupra de mino.l.auxilium.in princ. Solu.ſi euidens calumnia eſt, obtinet quod hic: aliàs quod in contrariis: argu.ſupra de petit.heredit.l.poſtquam.in fin.&.C.qui accu.non poſ.l.ij.in fin.&.C.de admi.tutorum.l.non eſt.& ſupra de his qui.vt indign.l.tutorem.vel ille in viro: hic in patre, & aliis iure mariti accuſantibus: vt arg.infra eo.l.pater. & ſecundum hoc dic, non euitant ſcilicet quandoque. Vel dic, non euitant, ſi probentur calumniari: non autem præſumuntur eo ipſo quòd non probant: vt in contrariis, ſecundum Ioan. vel refert accuſet vir vel pater intra ſexaginta dies, & ſic euitant: an poſt: & tunc non. Et ſecundum hoc dices: accuſant, id eſt accuſare ſolent. Accurſius.

[LEX IVLIA. Minor vigintiquinq; annis non poteſt de adulterio accuſare, niſi ſuum matrimonium vindicare velit: vt vxorem ſuã, item eum qui iacuit cum ea, accuſare poterit, licet ſit minor vigintiquinq; an.& hoc caſu cum admittitur ad accuſandum minor, non facile de calumnia damnatur. & quod dixi regulariter C minorem non accuſare: intelligo minorem, etiã ſi.xxv.annorum ſit, nondum tamen eos compleuerat. [PRÆSCRIPTIONES.] Præſcriptiones ſiue exceptiones quæ obiiciuntur accuſantibus de adulterio, vt non admittãtur ad accuſationem, vt eſt iſta, quia minor eſt accuſans, vel ſimilis, vt.ſ̃. proxime habuiſti notatum: debent opponi antequam nomen accuſati ſit receptũ inter reos, non poſt. Secundo dicit: volo accuſare quandã viduã de adulterio quod cõmiſit cum erat nupta. dicitur quòd eſt in mea electione velim ab ea incipere, an ab adultero: ſed ſimul vtrumq; accuſare non poſſum: & accuſatio facta de vtroque irritatur, & interim incipere poſſum à quo volo. Tertio dicit: inueni vxorem meam cum ſcholari. repudiaui vxorẽ, & ei denuntiaui ne nubat alij. poſſum & ab ea incipere, ſi volo. & dicit qualiter ſit denuntiandum. Quarto dicit: pone quòd non denuntiaui, libellum tamen accuſationis de ea dederã antequam ipſa alij nuberet, & hoc ſcito, ipſa nupſit. dicitur quòd nunquam ab ipſa incipiã hoc caſu. Quinto dicit: denuntiaui ei ne nuberet, cum velim eam de adulterio accuſare: nec dixi pro quo adulterio: nec quando facto. dicitur quòd ſatis eſt. vnde ſi ipſa amodo nupſit, poſſum ab ea incipere. ſed ſi ſpecifico in denuntiatione de quo adulterio velim D eam accuſare, vt de eo quod cõmiſit cum Titio, nunc volo eam accuſare de adulterio cum Gaio cõmiſſo, cum iam alij nupta ſit: dicitur quòd nõ prodeſt mihi denuntiatio. Sexto dicit quòd per procuratorem poteſt fieri denuntiatio, & per ſeruum. & hoc dicit hic.§.cum.l.ſequen.& parte tertij vſque ad.§.quæritur. vbi dicitur quòd vnus poteſt adulterum accuſare, alius adulteram. mulier tamen ſi eſt prius nupta ante denuntiationem ſibi factam, non poteſt accuſari priuſquam adulter. ſed prius accuſatio facta de adultero expediri debet: & ſi abſoluitur adulter, ipſa amodo non accuſatur. ſi autem condemnatur, non præiudicat mulieri, ſed accuſatio eius fiet. Sed pone quòd adulter deceſſit ante accuſationem de eo factam, vel poſt accuſationem ante condemnationẽ. dicitur quòd ſtatim adultera poteſt accuſari. idem ſi adulter ſit relegatus. Sed pone quòd tempore quo accuſaui adulterum, adultera non erat nupta. dicitur quòd bene poteſt ipſa accuſari non obſtante abſolutione adulteri hoc caſu. Vltimo dicit: abſoluto adultero, adultera nupta non poteſt accuſari ab eodem qui accuſauerat adulterum: nec ab alio: etiam ſi adulter per colluſionem ſit abſolutus. ſed ſi adultera deſiit eſſe nupta, poteſt &

ipſa accuſari, etiã abſoluto adultero. & hoc dicit hic. §. cum duabus. ll. ſeq. Fran. Accur.

a *A patre*. mero iure. vel lege interrogatiue. Et not. quòd maritus repellitur dum eſt in magiſtratu. cui eſt contra. ℐ. eodẽ. §. lex Iulia. ibi, nec enim. Solu. vt ibi. Item eidem contra. ꝭ. de accuſat. hi tamen. in princip. ſolu. excipe illos qui ſunt in magiſtratu: cum etiã in ciuili parciſſime ius dicatur: vt ſupra de of. præſid. l. ſenatuſconſul. Item ſi dicas eũ eſſe in tali magiſtratu, vt non poſſit vocari in ius ſine pœna: vt ſupra de in ius vocan. l. ij.

b *Atquin*. pro ſed certè. & corrigit.

c *Aequale habet*. ſed quo ad aliqua inæquale: vt. ꝭ. proxi. §. fina.

d *Non poteſt*. vt ſupra. l. ſi maritus. in princ. & l. ij. §. ſi. & l. ſeq.

e *Detrectatione*. & facit ſupra quib[9] ex cau. ma. l. iiij. &. v. & infra de re mi. l. fin. & ſupra de accuſa. l. hos accuſare. circa princip. & arg. ſupra de teſtib. l. inuiti. ſecus autẽ ſi aliàs abeſt: quia poteſt recipi iter reos: vt C. eod. l. adulteram. quæ receptio fit poſt litem conteſta. ſed an accuſari poſſit abſens? Reſpon. ſic: vt C. de exhiben. reis. l. penulti. §. ex longinqua. ſed non vt procedatur: vt C. de accu. l. abſentem. & C. eo. l. ſi quondam.

f *Reipublicæ*. non data opera.

g *Caſtris militat*. vt ſupra quib. ex cau. maio. l. vt ſunt. & l. milites. & l. qui mittũtur. §. præfectus. verſic. ſed & in vrbanis. & l. hi qui.

h *Deferri*. id eſt accuſari.

i *Habet*. ſcilicet accuſatus.

k *Cognitionem*. vt C. ſi quacumque præ. po. l. j. vel pone quòd habet priuilegium indultum à principe, vt ſub illo præſide non teneatur reſpondere: vt C. de veteranis. l. fin. in fi. lib. xij. ſed hoc hodie non valeret, niſi eſſet dictum, non obſtante authenti. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet. Vel tertio pone exemplum in milite armato. ad quod C. vbi quis decu. vel co. l. ij. & C. in quib. cauſis milit. fo. præ. l. j. ſed tunc obſtat. ꝭ. de cuſto. reo. l. non dubium. vbi ſaltem eſt cognitio pręſidis. Sed dices ibi in milite inermi, ſecundum quoſdam, ſi velis hanc expoſitionem tueri: ſed nõ placet: cum graue delictum ſit adulterium: [a] vt. ℐ. de re milit. l. iij. in prin. & ꝭ. de accu. l. fina.

l *Adſentiendum puto*. vt C. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. fin. cum ſuis concor.

m *Non audiendum*. cum iſta concordant. C. ad Turpilli. l. quamuis. & infra ad Turpillia. qui deſtitit. & l. in ſenatus. §. ſi propter. in fin. §. & ſupra de inofficio. teſta. l. Papinianus. §. ij. & infra ad legem Iuliam de vi publi. l. qui cœtu. §. ij. & C. de repud. heredita. l. ſicut. & de ædil. edi. l. quæritur. §. ſi venditor. & de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. in princip. & C. qui accuſ. non poſſ. l. accuſationem. & de pact. l. poſtquam. & de condi. inſer. l. fina. & ſupra quis ord. in bono. poſſeſſ. ſerue. l. ſi coheredi. & de rebus credit. l. ſi quis. Sed contra. C. de tranſact. l. tranſigere. Solu. hic nec tranſactio nec pactum eſt, ſed repudiatio quædam illicita. Nam facit eum incidere in Turpil. ſi accuſatio erat inſtituta: aliàs non incidit: vt Co. ad Turpil. l. j. & eſt ratio: quia per negationem videtur confiteri ſe non habere ius: vt C. de fide inſtru. l. ſi aduerſarius. quod non fit per tranſactionem ex parte tranſigentis. vel dic quòd non tenet tranſactio, vel pactio, vt ibi: ipſe tamen qui fecit, non poteſt contrauenire: vt argu. ſupra de ſerui. ruſti. prædio. l. per fundũ. quã non placet. Item contra ſupra de ſepulc. vio. l. iij. §. ſi is. Solu. ibi diſtulit, hic deſtitit. Vel verius, hæc ſecundum illam, quia hic iam ab alio erat accuſatio cœpta, quando pater vult accuſare de nouo: aliàs auditur pater: vt ibi. Vel ſecundum Ioan. dic etiam patrẽ interim non audiri antequã lis ab alio conteſtetur: & ſic ſpeciale in adulterio. In aliis enim criminibus & idem ipſe qui remiſit, auditur: vt in contrario: vt ſupra de pact. ſi vnus. §. pacta quę turpem. verſic. item ne experiar. & l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ſecundum eum. ſed contra ſe facit infra ad Turpillia. l. qui deſtitit. Sed ipſe reſpõdet quòd ibi iã cœpta accuſatio deſeritur, hic incipienda. vel poteſt dici quòd ibi in crimine in quo licet tranſigi vel paciſci: hic non. vel ibi ab alio iam erat lis conteſtata. Et eiſdem modis poteſt reſponderi ad has duas, quibus dicitur eundem nõ audiri, ſcilicet C. ad Turpil. l. quamuis. & infra ad Turpillia. l. in ſenatus. §. ſi propter. & etiam. C. qui accuſa. non poſſunt. l. accuſationem. Item contra hoc reſponſum. C. de appel. l. ſi quis libellos. ſed ibi iuſta, hic iniuſta eſt pœnitentia. & eo modo reſpondetur ſupra de colla. bono. l. nonnunquam. in princip.

n *Specialiter*. nam in aliis accuſationibus admittitur minor, etſi non proſequatur ſuam iniuriam: non pupillus: vt. ꝭ. de accu. l. qui accuſare. Accur.

o *Minores annis vigintiquinque*. ſecus in teſtificatione: vt ſupra de teſti. l. in teſtibus.

p *Extranei*. puta poſt ſexaginta dies.

q *Tamen audietur*. cum auctoritate curatoris: vt C. de aucto. præſtan. l. clarum. & ſupra de accu. l. ij. & l. qui accuſare. & l. hi tamẽ. in princip.

eſſe: quod ſeruo communi ſcribentis & alterius adſcriptum eſt, vtrum in totum pro non ſcripto ſit, an quantum ad eum tantùm qui adſcripſit, cæterum ſocio totum debeatur. Et inueni Marcellum apud Iulianum adnotaſſe. [ſ] nam cum Iulianus ſcripſiſſet, [t] ſi ſibi & Titio ſcripſiſſet, [u] * aut ſeruo communi: cum pro non ſcripto ſit, facillimè quæri poſſe quantum Titio & ſocio adquiratur. ita adiicit iſte Marcellus:

B

Quemadmodum ſocio debebitur, ſi quaſi falſum nomen ſerui ſubducitur? [x] quod & in pręſenti quæſtione [y] obſeruandum eſt.

Iſte.§. diuiditur in quinque partes. primo ponit thema & quæſtionem. ſecundo ponit duo euidẽtialia ad ſolutionem. tertio ponit ſolutionem quæſtionis. quarto ponit vnum dictum contra ſolutionem, & illud ſoluit. quinto ponit aliud dictum, & illud determinat. ſecunda ibi, reſpondeo. tertia ibi, ergo. quarta ibi, an ideo. quinta ibi, an ideo non. Bart.

Maritus ſeruum dotalem manumiſit: & in teſtamento eius [z]

C

legatum ſibi adſcripſit. [a] quæſitum eſt, quid mulier ex lege Iulia [b] conſequi poſſit. Reſpondi, & patronum [c] incidere in pœnam edicti [d] diui Claudij dicendum eſt, [e] & filium emãcipatum, licet præteriri poſſit petere bonorum poſſeſſionem. Ergo ſi nihil habet patronus ex bonis liberti, [f]

g *Et ſuo*. ſ. filij. Accur.

h *Et quidem quantũ*. ad euidentiá huius.l. dic vt no.s̃.l.j.§.inter.in prin.

i *Ad ſenatuſcõſultum*. ſcilicet pertinet.

k *Legatum*. vel ei in cuius ſumus poteſtate: vel ei qui eſt nobiſcum in poteſtate eiuſdẽ: vt s̃.eo.l.de eo. Accur.

l *Eadem pœna*. ſcilicet legis Cor. & amiſſionis relicti. ſecus ſi eſt extraneus. ſed certe imò iuſſus videtur eum excuſare ab vtroque: vt.C. eod.l.j. quæ eſt contra. Solu. vt ibi. Accur.

* adſcripſiſſet.

m *Licet iuſſu*. eſt enim extraneus: vnde iuſſus nihil ei prodeſt.

n *Excuſatus*. ſ. à pœna l. Cor. vt habeat commodum. ſed hoc non propter iuſſum, ſed propter ſubſcriptionẽ: vt ſubiicit. & facit ſupra de his quibus vt indig. l.in fraudem. Accur.

o *Is*. filius. Accur.

p *Sicut*. ſimilitudinarie.

q *Seruus*. hoc verum quòd iſti excuſentur, ſi tamen, &c.

r *Ex ſubſcriptione*. etiã generali. ſecus in extraneo.

ſ *Adnotaſſe*. i. reprehẽdiſſe, hoc. ſ. quòd hoc totum ſocio debeatur.

t *Scripſiſſet*. hanc quæſtionem: ſi ſibi, &c.

u *Scripſiſſet*. quis legatum, &c.

x *Subducitur*. q.d. nihil ſeu nullo modo.

y *Quæſtione*. ſecus ſi forte mihi & Titio adſcripſi, quia Titij nomen quaſi falſum non ſubuertitur, ſed totum habet: ad quod eſt. s̃.qui.ad li.procla.non licet.l.fin.&.C.de cadu.toll.§.in primo.& de lega.j.plane.j.§.ſi coniunctim. & de leg.ij.ſi Titio. & arg.s̃.de do.inter vi. & vxo. ſi ſponſus.§.j. & de aucto. tu. ſi ſeruus communis. Sed argu.contra.s̃.de lega.ij.l. & Proculo. &.l.ſi duobus ſeruis.& de vſufruct.accreſcen.l.j.§.ſi communi.&.§.idem. [a]

a] aliàs idem ait & ſi communi.

z *In teſtamento eius*. ſcilicet manumiſſi.

D

a *Adſcripſit*. ſcilicet marito.

b *Lege Iulia*. quæ vult quòd quicquid ad virum peruenerit, reſtituat mulieri: vt.s̃.ſolu.matri.l.ſi vero.in princ.

c *Et patronum*. hic copula &, continuatur cum illo quod ſequitur, & filium.

d *Edicti*. quod ſequitur Cor.vt.j̃.l.proxi.in princ.

e *Dicendum eſt*. hic not. quòd hic duo dicenda ſunt.ſ.ꝙ patronus ſibi adſcribẽs in teſtamento liberti incidat in edictũ: vt hic, &.s̃. eo.l.ſi quis legatũ.§.fi. & ꝙ filius adſcribens ſe heredem in teſtamento patris, non incidat de æquitate, ſed petat bo.poſ. ſecundũ tab. vt ſubiicit. &. C.eo.l.iij. licet ſecus ſit de rigore: vt.s̃.ead.l.in prin. licet præteriri poſſit: quia aliàs erat ingratus: vel poſſit, quia nihilo minus valet teſtamentum, licet haberet contra tab. & ſic petitur bo.poſ. in bonis patris ab emãcipato. vel dic quòd loquitur de illa bo.poſ. quæ datur in bonis liberti. nam licet filius. ſcilicet patroni poterat præteriri, habet tamen bo.poſ. cõtra tab. in bonis liberti. Idem ſi fuit exheredatus, ſed non mala mente, vel præteritus: vt.s̃.ſol.matri.l.ſi vero.§.ſi filiũ.& de bo.lib.l.Paulus.

f *Ex bonis liberti*. quia quod ſibi adſcripſit, ſibi aufertur.

a *In lege.* prædicta Iul. vt.d.l.ſi vero.§.adiicitur.
b *Excogitauit.* ad hoc ſupra quæ in fraud.cre.l. ait prætor. §.j. & ſupra ſolu.matri.l.etiam.§.j. & quib. ex cauſis in poſſeſ. ea.l.Fulcinius.§.quod ſi aduerſus.
c *Huic.* ſcilicet patrono.
d *Vti.* id eſt vt.
e *Remanere.* contra ſupra eo.l. ſi quis cum.in fin.ſol.vt ibi. Item arg. contra ſupra de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. meminiſſe. & ſupra de excu.tuto.l. legatarius. & ſupra ſi quis ali.teſta. pro.l.j. §.j. verſi. ſed & ſi legatum. ſed ſimilia ſunt ſupra de his qui.vt indig.l.fin. &. C.de cadu.tol.§.in primo.
f *Fideicommiſſi.* quæſtionem non ſoluit,ſed ſatis remanet ſoluta, quòd ſint denegandæ.

D *Iuus.*] CASVS. Si quis ſcribens alterius teſtamentum, vel codicillos, adſcripſit ſibi legatum: pœna legis Corne.affligitur. & hoc* diuus Claudius in edicto dixit, & adiecit. l.Corne. nec prodeſt ei quòd dicat ſe ignoraſſe hoc edictum. Item non eſt vis ſiue ſua manu adſcribat, ſiue manu ſerui ſui vel filij. ſi tamen teſtator in ſubſcriptione ſua dixit de ſua voluntate illud adſcriptum Titio à ſeruo Titij: debetur legatũ, & non punitur ſeruus. Si autem generaliter ſubſcripſit,omnia confirmando quæ in eo teſtamento erant adſcripta, legatum non debetur: non tamen punitur ſeruus: tutius tamen puto veniã petendam à principe.[ITEM SENATVS.] Seruus in teſtamento domini adſcripſit ſibi libertatem.ſenatus cenſuit nõ competere ei libertatem directam, ſed heres teſtatoris manumittat eum. & hoc eſt verum ſi teſtator in ſubſcript.ſua confirmauerat ea quæ in teſtamento ſunt ſcripta. diuus tamen Pius plus dixit: & dixit libertatem pure competere ſi teſtator poſtea ſubſcripſit. ſed in alias perſonas quæ non ſunt in poteſtate teſtatoris,ſi adſcribãt ſibi legatum vel libertatem, non prodeſt eis generalis ſubſcriptio teſtatoris. nam per hanc non habent legatum vel libertatẽ.de quibuſdam autem perſonis quæ nolentes adſcribere legatũ quaſi compulſæ ſcripſerunt,dubitatur an puniantur: vt ecce ſeruus Bertæ ſcribens teſtamentum filij Bertæ adſcripſit legatũ Bertæ. bene valet tale legatum:nec punitur talis ſeruus.Itẽ ſi filia ſcribẽs teſtamentũ matris, adſcripſit ſibi legatũ matre iubente,ignorãs hæc iura: bene facit hæc filia.[SI QVIS DVOBVS.] Quidã inſtituit ſibi duos heredes: & adiecit,ſi alteruter eorum decedat ſine filiis: ei qui ſupererit,& habebit filios,reſtituatur hereditas.vel ſi cõtingat vtrumque mori ſine liberis, hereditas reſtituatur Titio: & Titius prædictus tale teſtamẽtum ſcripſit:dicitur quòd non punitur Titius, imò habebit hereditatem prædicto caſu contingente.Franciſ.

*ſ Vide ad hoc caput Sueton. in Nerone. ca. 17.

non tenebitur mulieri. An ideo teneri poteſt, quòd adiectum eſt in lege,[a] *Aut dolo fecit quo minus ad eum perueniat?* Sed nihil perfecit in fraudem mulieris. nõ enim aduerſus illam hoc excogitauit.[b] An ideo non denegamus huic[c] actiones, quoniam alij reſtituturus eſt? Atquin cum is qui ſibi iuſſu teſtatoris legatum adſcripſit, etiam ſi fidei ſuæ ſimiliter iubente teſtatore commiſiſſet, vti[d] id alij reſtitueret, ſenatus iuſſit eum nihilo minus legato abſtinere: idque apud heredem remanere[e] cum onere fideicommiſſi.[f]

XV. CALLISTRATVS *libro primo Quæſtionum.*

Diuus* Claudius edicto præcepit,adiiciendum legi Corneliæ, vt ſi quis cum alterius teſtamentum vel codicillos ſcriberet,legatum[g] ſibi ſua manu ſcripſerit: proinde teneatur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam: & ne[h] vel his venia detur,[i] qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatẽ prætendant. Scribere autem ſibi legatum videri non ſolum eum qui manu ſua id fecit, ſed etiam qui per ſeruum ſuum vel filium quem in poteſtatem[k] habet, dictante teſtatore legato honoratur. Planè conſtitutionibus principalibus cauetur, vt ſi teſtator ſpecialiter[l] ſubſcriptione ſua[m] declarauerit, dictaſſe ſeruo alicuius vt domino eius legatum ab heredibus ſuis daretur, id valere: nec generalem ſubſcriptionem teſtatoris valere aduerſus ſenatuſconſulti[n] auctoritatem: & ideo legatum pro non ſcripto[o] habendum: & ſeruo[p] qui etiam ſibi legatum adſcripſit, veniam dari.[q] ego tutius eſſe puto, veniam petendam[r] ab imperatore, ſcilicet eo quod relictum eſt, abſtinentibus. Item ſenatus cenſuit, vt ſi ſeruus domini ſui iuſſu teſtamento codicilliſue libertatem ſibi adſcripſerit: ob eam rem,quòd ipſius manu adſcriptum eſt, minus* libet ſit: ſed libertas ei ex fideicommiſſi cauſa præſtatur: ſi modò poſt eam[ſ] ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento codicillíſue ſubſcripſerit. Et quatenus[t] de ſola ſpecie fideicommiſſæ libertatis hoc ſenatuſconſulto continebatur: diuus Pius reſcripſit,[u] ſententiam magis ſequendam eſſe huius ſenatuſconſulti, quàm ſcripturam. nam ſeruos, quum dominis ſuis parent, neceſſitate poteſtatis excuſari,[x] ſi tamen accedat domini auctoritas ſubſcribentis[y] ſe ea[z] dictaſſe, & recognouiſſe: videri enim ait ipſius domini manu ſcripta, cuius voluntate ea ſcripta ſunt. Quod tamen[a] (inquit) ad liberas perſonas, in quas nullum ius teſtator habuerit,extendi non debet. Quæri tamen debet, an æquè ſubſequendi neceſſitas, & honeſta excuſatio eſt non facientibus[b] quod non ſit conceſſum. Matri quoq; cui per ſeruum ſuum dictante filio legatum ſcriptum eſſet, veniam[c] tribuendam[d] legis Corneliæ placuit. Idem[e] in filiam quæ dictante matre ſua per ignorantiam iuris legatum ſibi ſcripſerat,[f] ſenatus cenſuit. Si quis[g] duobus heredibus inſtitutis, adiecerit, vt ſi alteruter heres ſine liberis deceſſiſſet: ei qui ſupereſſet, & liberos haberet, hereditas redderetur: vel ſi vterque ſine liberis deceſſiſſet, hereditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti reſtitueretur: placet teſtamentario[h] pœnam legis Corneliæ remitti.[i] ſed benignius eſt,vt etiam ea quę ſupra ſcripta ſunt,[k] ſimili modo conſequatur.

* non ideo minus.

XVI. PAVLVS *libro tertio Reſponſorum reſpondit.*

g *Legatum.* quod teſtator ei legabat. Accurſius.
h *Et ne.* præcipit edicto,repete. Accurſius.
i *Detur.* imò videtur dari venia: vt.C. de his qui ſibi adſcrip.inte.l.pen. ſed ibi non ſola ignorantia, ſed & militiæ priuilegium interuenit.Item contra in eo. titu.l.iij. Solu.vt ibi. Item contra ſupra ad Sil. ſi quis in graui. §.ſi quis ignorans.contra.& infra de decre.ab or. fac. l.fin. contra. & de iuriſd. omn. iud.l. ſi quis id.§.doli.Sol.non ſic licet ignorare hoc edictum vt illa: cum oſtẽdere hic maius delictum eſt: quia punitur, & perdit relictum.
k *In poteſtatem.* quod non poſſum per me, nec per alium: vt ſupra eod.l.de eo. & infra de admini. rerum ad ciui. perti.l.ij.§.j.
l *Specialiter.* ſecus ſi generaliter: vt infra proxi.§.
m *Subſcriptione ſua.* licet ſuperiore proximo caſu non ſubſcripſit.
n *Senatuſconſulti.* vt in prædicto caſu.
o *Pro non ſcripto.* facta generali ſubſcriptione tantum.
p *Et ſeruo.* ſup.ei ſeruo ſcribenti qui. Et ſic no. quòd per generalẽ confirmationem remittitur pœna in extraneo. ſic &.C. eo.l.ij. & not. ſupra eo.l.j.§.inter.
q *Dari.* hucuſq; erant verba edicti.
r *Petendam.* quãdo generalis ſubſcriptio erat.
ſ *Poſt eam.* non ergo aliter: vt.C.eo.l.fin. & infra eo.impuberem.§. item non continetur.
t *Quatenus.* i.quia.
u *Reſcripſit.* hoc modo. Accurſius.
x *Excuſari.* vt & ſupra l. proxi. circa princ. & C.de his qui ſibi aſſcri. l. fin. & ſupra quod vĩ aut clam. is qui in puteum.§.ſi tutoris.Acc.
y *Subſcribentis.* etiam generaliter: vt ſupra.l. j.§.inter.
z *Ea.* ſcilicet ſcripta,niſi ſpecialis recognitio interueniat: vt.ſ.eadẽ. l.§.plane.& facit.ſ.de vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.Accurſius.
a *Quod tamen.* id eſt ſimiliter.
b *Non facientibus.* id eſt nolentibus facere,niſi compulſi.
c *Veniam.* nunc reſpondet: & ſubaudi,&.Accur.
d *Tribuendam.* id eſt dandam,vel tuendam.
e *Idem.* ſubaudi,reſpondit.
f *Scripſerat.* iuſte ergo obedit filio ſeruus matris: item filia matri.item iuſte fœmina errat in iure: ad quod. C.de iur.& fac.ign. l.fin.&.ſ.de iure fiſ.l.ij.in fin.&.ſ.de eden.l.j.in fin.
g *Si quis.* aliàs.§.ſenatus cenſuit ſi quis.aliàs.§.ſi quis,&c.Acc.
h *Teſtamentario.* id eſt ſcriptori prædicto.
i *Remitti.* criminaliter non punitur, nec ciuiliter: vt ſequitur. Accurſius.
k *Scripta ſunt.* in teſtamẽto.& eſt ratio,quia per aliũ cõſequitur, argu.

arg.ſupra de here.inſtitu.l.ſi is qui.Itẽ quia non pure, ſed ſub pluribus conditionibus eſt reſtituenda hereditas ei. Vel forte erat filius teſtatoris:vt.C.eod.l.j. vel forte teſtator ſpecialiter recognouit:vt ſupra eod.l.j.§.inter.

lius delicti.Franciſcus.

A q *Percuſſerint*.ſed nondum formauerint.nam formare, id eſt perficere.& facit ſupra de adult.l.ſi adulterium.§.iidem imperatores.&.C.e.l.ſi falſos.& de appel.ſi quis.& de hæret. & mani.l. Manichæos.& ſupra de in ius vocan.quamuis.& quod quiſque iuris.l.j.in fi.& de infami.l.qui autẽ.&.C. de his qui.vt indig.l.alia.& de inoffi. teſta.Papinianus.§. meminiſſe.&.j̃.de bo.eo.l. fi.§.ſi autẽ.&.s̃.de fur.l.j.Sed ar.contra.C.de apoſt.l.hi qui.& de ædil. edi.l. quis ſit fugitiuus.&.s̃.de fur.l.ei qui.

INſtrumentorum [a] *ſubreptorum crimen [b] non eſſe publici iudicij, niſi teſtamentum alicuius [c] ſubreptum arguatur. Paulus reſpondit, legis Corneliæ pœna omnes teneri qui etiam extra teſtamenta cætera falſa ſignaſſent. [d] Sed & cęteros qui in rationibus, [e] tabulis, literis publicis, aliáve qua re ſine cõſignatione falſum fecerunt, vel, vt verũ non appareat, quid celauerunt, ſubripuerunt, [f] ſubiecerunt, reſignauerũt, eadem pœna adfici ſolere dubium non eſſe. B

XVII. IDEM *libro tertio fideicommiſſorum.*

CVm quidam [g] ſua manu ſeruum ſibi legatũ ſcripſiſſet, & eum manumittere rogatus eſſet: ſenatus cenſuit, ab omnibus heredibus eum manumittendum. [h]

XVIII. IDEM *libro tertio Sententiarum.*

VXori † legatum in alieno teſtamento ſcribere non prohibemur. [i] Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit: [k] etſi ſuſpectus eſſe præſumitur, [l] quòd vltro [m] tutelam videbitur adfectaſſe: tamen ſi idoneus eſſe C adprobetur, [n] non ex teſtamento, ſed ex decreto [o] tutor dandus eſt: nec excuſatio eius admittetur: [p] quia conſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris.

XIX. IDEM *libro quinto Sententiarum.*

QVi falſam monetam percuſſerint: [q] ſi id totum formare noluerunt, ſuffragio iuſtæ pœnitentiæ abſoluuntur.

Accuſatio ſuppoſiti partus nulla tẽporis præſcriptione depellitur: [r] nec intereſt deceſſerit néc ne ea quæ partum ſubdidiſſe contenditur. [ſ]

XX. HERMOGENIANVS *libro ſexto iuris Epitomarum.*

FAlſi pœna coërcentur & qui ad litem inſtruendam [t] aduocatione, teſtibus, [u] pecuniam acceperunt: obligationem, pactionem fecerunt: ſocietatem inierunt: vt aliquid eorum fieret curauerunt.

XXI. PAVLVS *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Turpillianum.*

QVi duobus in ſolidum eandem rem diuerſis contractibus vendidit: pœna falſi coërcetur. [x] & hoc & diuus Hadrianus conſtituit. His adiungitur & is qui iudicem corrumpit: [y] ſed remiſſius puniri ſolent, vt ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur. [z]

* Vulgo incipit, Palus reſpondit, inſtrumẽtorum.

P*Aulus*.] CASVS. Qui ſurripit publicum inſtrumentum, non cõmittit crimen publicum.nam furti tenetur, quod eſt priuatum crimen: ſecus ſi ſurripit teſtamentum alicuius: cũ crimine falſi teneatur, quod eſt publicum. Secundo dicit: pœna falſi tenentur qui etiam extra teſtamẽta alia falſa ſignarũt. Item qui in tabulis vel rationibus vel in ſimilibus falſum fecerunt, vel vt non appareat celauerunt, pœna falſi tenentur.Franc. Accurſius.

a *Inſtrumentorum*.aliàs, Paulus reſpõdit, inſtrumentorum.

b *Crimẽ*. furti nam falſum non eſt niſi teſtamẽtum ſubtrahatur. & ſic non eſt pro P. in eo quod no.s̃.de publi.iudi.l. j. aliud ſi ſignaſſet: vt infra proxi.

c *Alicuius*.vt &.C.eo. l.eum qui.& ſupra eod. l.ij.

d *Signaſſent*.id eſt ſigillaſſent. ſic ponitur ſupra de teſta.l.ad teſtium §.poſſe. vel aliàs ſignaſſent, vt dicitur in authẽ. de fide inſtru.[a] §.oportet.col.vj.

a] de inſtru. caute. & fide.

e *In rationibus*. ad hoc ſupra.l.j. in princi. &.§. qui in rationibus.

f *Subripuerunt*.ſi quidẽ ſuppreſſerunt. vel non ſimpliciter ſurripuerunt ſed ſic vt non eſſent, vt veritas apparere non poſſet:aliàs contradiceret ad id quod in principio dixit.

† Not. text. ad hoc ꝙ maritus notari⁹ poteſt facere inſtrumentum ad vtilitatem vxoris ſuæ licet non poſſit pro ſeipſo facere. & adde quòd mari⁹ nõ poteſt eſſe curator vxoris minoris.23. annis. l. marit⁹ C. qui dari tuto. poſ.& ibi Bar. in.l. ſi quis.§. Iulii.in fi s̃. de pecu.Bolo.

C*Vm quidam*.] CASVS. Vnus heredum in teſtamento teſtatoris aſſcripſit ſibi ſeruum legatum:& cum hoc erat rogatus eum manumittere.certe hic ſeruus eſt manumittendus ab omnibus heredibus teſtatoris:& ſic legatum ſerui nõ tenet.Franc.Acc.

g *Cum quidam*.de heredibus.

h *Manumittendum*.& ſic non valet legatum primum. & facit ſupra eo.l.filius.in fi.

V*Xori*.] CASVS.Scribens teſtamentum alicuius non prohibetur aſſcribere legatũ ſuæ vxori, ſcilicet ſcribentis. item aſſcribat ſe tutorẽ filio impuberi teſtatoris:licet ex hoc ſuſpectus præſumitur, tamen ſi aliàs eſt idoneus, dandus eſt à iudice: nec poteſt ſe excuſare à tutela.Franc.Accurſius.

i *Non prohibemur*.nos mariti.

k *Adſcripſit*.ſic ergo ſi fideicommiſſarium eadem ratione.

l *Præſumitur*.vt &.s̃.de procura.l.quæ omnia.&.C. de epiſco. & cle.l.ſi quemquam.& de offi.præto.l.prætor nec.

m *Vltro*.id eſt ſpontaneè.

n *Adprobetur*.ad hoc ſupra de condi.inſtitu.l.quidam.ij. reſpon. & de iudi.l.obſeruare.

o *Decreto*.id eſt à iudice.

p *Admittetur*.quam excuſationẽ aliàs habebat: vt inſti.de excu. tut.§.item ſi propter.&.s̃.de teſta.tu.l.ex ſententia.& fa.s̃.de contra tab.l.non putauit.§.ſi quis ſua manu.& de leg.ij. cum pater.§. filius matrem.&.j̃.de iure immu. ſemper.§. conductores.& infra e.impuberẽ.§.fi.& ſupra de interro.actio.l.de ætate.§.j.& depoſi. l.j.§.ſæpe euenit.verſi.ſed & ſi ſe quis.Accurſius.

Q*Vi falſam*.] CASVS. Qui percuſſit falſam monetam, non tamen perficere eam vult, id eſt formare: abſoluitur, id eſt nõ punitur.Secundo dicit:Accuſatio ſuppoſiti partus perpetuo competit, etiam ſi deceſſerit mulier quæ dicitur ſuppoſuiſſe partum. nam poſſunt adhuc accuſari qui fuerunt cõnſcij & participes illius delicti.Franciſcus.

r *Depellitur*.no. ſpeciale: regulariter cõtra. C. e.querela.ſic.s̃.tit.j.l. fi. &.s̃.de adul.l. mariti.§. fi.Itẽ facit.C.e.l. j.&. s̃. de Carb.edic.l.j.in fi. & j̃.eo.l.lege.§.j.Accur.

ſ *Contenditur*.quia participes puniuntur:vt.s̃. de Carbo.edic.l.licet.

F*Alſi*.] CASVS.Pœna falſi coërcentur qui acceperunt pecuniã ob litẽ falſam inſtituendam.i.mouendã contra aliquẽ: vel ob aduoca. falſam: vel ob teſtimoniũ falſum dicendũ: vel ob aliquid ſimile quod in litera ſubiicitur. Frã.

Lis duobus inſtruitur.

t *Inſtruendam*.falſo.

u *Teſtibus*.no. ꝙ lis. inſtruitur duobus, ſcilicet aduocato & teſtibus.s̃. eo.l.j.in prin.§.j.

Q*Vi duobus*.] CASVS. Titius vẽdidit eãdem rem duobus, cuiq; in ſolidum diuerſis contractibus.pœna falſi punitur.Item qui iudicem corrupit, pœna falſi punitur.ſolent tamen prędicti mitius puniri.ſolent enim ad tempus relegari:nec bona eis auferuntur.Franciſcus.

x *Coercetur*.ſed ſi obligatum vni, vendat alij: tunc crimine ſtel. vt ſupra de cri.ſtel.l.iij.An autem illud cum iſto concurrat, dic vt.j̃. eo.ſi à debitore.& facit.C.de rei vin.l.quotiens.

y *Corrumpit*.s̃.e.l.j.§.j.verſi.& qui iudicem.

z *Auferantur*.quæ aliàs regulariter auferuntur: vt.s̃.eo.l.j.in fi.

I*Mpuberem*.] CASVS. Impubes non dicitur poſſe committere hoc crimen falſi.Secundo dicit:in teſtamento alicuius aſſcripſi legatum filio meo, qui erat captus ab hoſtibus. eo filio reuerſo incido in pœnam ſenatuſconſulti: nam de falſo punior. ſi autem ibi decedat, non punior:cum legatũ non valeat. Item ſi filio meo emancipato, vel in adoptionem dato, legatum aſſcribo, non punior.Item ſi ſeruo meo legatum aſſcribo, cui debebã libertatem D ex cauſa fideicomm.& ſim in mora dandi:nõ punior.Idem ſi ſeruo alieno, quem bona fide poſſidebam, legatum aſſcribo.nam nõ punior.& redditur ratio in litera.Idem ſi ſeruo meo aſſcripſi legatum ſub cõditione, cum liber erit.idẽ in filio.[QVI CODICILLOS.]Scripſi codicillos Titij:in quibus confirmatũ eſt teſtamentum quod prius fecerat Titius:in quo teſtamento mihi erat legatum relictum.Dicitur quòd in ſenatuſconſultum incido. punior enim de falſo.Sed quid ſi in teſtamento erat mihi ſeruus legatus, & rogatus ſum de manumittendo: in codicillis autem quos ſcripſi, dixi ademptum eſſe onus manumittendi? certe punior de falſo:& ſi hæc ſcripſi voluntate teſtatoris, non dabitur libertas: aliàs ſic.Idem ſi in codicillis ademi onus fideicommiſſi mihi legatario impoſitum in teſtamento:nam punior de falſo. Idem ſi aſſcripſi mea manu aſſignationem liberti mihi factam:nam incido in ſententiam ſenatus.Item ſi ſeruus Titij ſcribens teſtamẽtum alterius aſſcripſit ſibi libertatem per fideicom.dandã à Titio domino ſuo, cui aliquid erat relictum:punitur hic ſeruus de falſo.ſed ſi ſcribẽs teſtamentum alterius, ſcripſit ſeruo ſuo deberi libertatem, non punitur niſi hoc fecit vt magno pretio ſeruus redimatur. Itẽ qui



UNED

ſcribens teſtamentum cum eſſet legatus Titio fundus, adiecit, ſi ipſi ſcriptori dentur.x.punitur de falſo.filius autem ſcribẽs teſtamentum patris ſui,voluntate eius ſcripſit ſe exheredatum,vel ſibi legatum ademptum, quod erat ei prius relictum : non punitur. Fran.Accurſius.

XXII. IDEM *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Libonianum.*

IMpuberem †in hoc edictum incidere,dicendũ non eſt:quoniam falſi crimine vix [a] poſſit teneri:cum dolus malus in eam ætatem [b] non cadit. Si ei filio qui apud hoſtes eſt, adſcripſerit [c] pater [d] legatum : dicendum eſt reuerſo eo incidere in pœnam ſenatuſconſulti. [e] Quòd ſi ibi deceſſerit,innocẽs pater exiſtimatur. [f] Sed & ſi emancipato filio adſcribit,rectè id faciet : itẽ in adoptionem dato. [g] Item ſi ſeruo cui moram fecit in fideicommiſſaria libertate præſtanda, adſcripſerit, dicendum eſt extra ſentẽtiam ſenatuſconſulti eum eſſe : quoniam placet, omne quod per huiuſmodi ſeruum adquiſitum eſt, reſtitui oportere manumiſſo. [h] & ſi *ei ſeruo qui bona fide ſeruit,aliquid adſcripſit, [i] quod ad †cogitationem [k] animi nocens eſt: quia ei adſcribit quem ſuum putat. ſed quoniam neque legatum, neque hereditas bonæ fidei poſſeſſori adquiritur, [l] dicamus eum pœnæ eximendum [m] *eſſe. Si dominus adſcripſerit ſeruo legatum, cum liber erit:dicimus ſenatuſcõſulto dominum excuſatum eſſe, qui cõpẽdio ſuo nullo modo proſpexerit. Eadẽ & de filio poſtea emancipato. [n] Qui codicillos [o] ante teſtamentum factos, in quibus legatum ei adſcriptum erat, confirmat: [p] in ſenatuſconſultum incidit. quod & Iulianus ſcribit.

Adimendo quoque aliquid, incidere in pœnam debet, quaſi ſibi aliquid dederit : veluti ſi ſeruo legato ſibi,eodémque manumiſſo [q] libertatem ſua manu ademerit. hoc ita, [r] ſi voluntate teſtatoris ademerit.nam ſi ignorante eo, libertas valet. Item ſi rogatus reſtituere legatum ſibi adſcriptum, fideicommiſſum ademerit. [ſ] Qui [t] liberti adſignationem ſua manu adſcripſit:non verbis, ſed ſententia [u] ſenatuſcõſulti tenetur. Item non continetur [x] verbis ſeruus qui alieno teſtamento fideicommiſſam libertatẽ ſibi adſcripſit. [y] ſed de hoc poteſt hæſitari: [z] quoniam,vt ſupra diximus, [a] †ſenatus ita demum ei qui ſibi libertatem fideicommiſſam in teſtamẽto domini adſcripſit, pœnam remiſit,ſi dominus ſubſcripſit. Imò magis dicendum eſt hunc [b] contra ſenatuſcõſultum facere quàm eum qui [c] legatum ſibi adſcribit: cùm libertas omnimodo ipſi competitura ſit,legatum autẽ domino adquiri poſſit. Si teſtamẽtarius [d] ſeruo ſuo fideicommiſſam libertatem dederit, videamus ne extra pœnam ſit : quoniam nullum ipſius commodum eſt: niſi ideo adſcripſerit, vt ſeruus magno pretio redimatur ab eo, [e] & manumittatur. [f] Sed & ille qui quum Titio fundus legaretur, adiecit ſua manu conditionem pecuniæ ſibi [g] dandæ: in voluntatem [h] ſenatuſconſulti incidit. Qui autem voluntate patris ſe exheredat, vel legatum ſibi adimit: neque verbis ſenatuſconſulti, neque ſentẽtia [i] continetur.

XXIII. IDEM *libro ſingulari de pœnis Paganorum.*

QVid ſit falſum, quæritur. Et videtur id eſſe, ſi quis alienum chirographum imitetur, [k] * aut libellum vel rationes intercidat,vel deſcribat : non qui aliàs in computatione vel in ratione mẽtiuntur. [l]

A crimine falſi poteſt quis libere deſiſtere ante ſententiam,ſecũdum glo.Barto.

XXIIII SCÆVOLA *libro viceſimoſecundo Digeſtorum.*

AIthales † ſeruus, cui teſtamento Vetiti Callinici domini per fideicommiſſum libertas

---

a *Vix*.id eſt nullo modo. ſic ſupra ad Velle. l. tutor.aliter ſupra de iudi.l.vix.

†Intellige minorem.7. ann ſecus ſi eſt à 7. nno vſque ad 14. Balſam ad Nomoca. tit.4. c.13.

b *Aetatem*. niſi ſit doli capax, vt proximus pubertati:vt.j̃. de reg. iur. l.pupillum.Accurſius.

c *Adſcripſerit*. in teſtamento alterius.Accur.

d *Pater*.ſcilicet qui erat tabellio.

e *Senatuſcõſulti*. ſcilicet quo tenetur ac ſi commiſiſſet falſum:vt ſupra eo.l.diuus.in prin.

f *Exiſtimatur*.quia non valet legatũ:vt ſupra de leg.j.l.ſi ſeruo meo. §.j. ſed obſtat.s̃.e.ſi quis legatum.in princi.ſed hic quaſi conditionale. ſ. ſi redierit:ibi purum inutile.vel ibi directo ſibi: hic per obliquum.Item hic videtur mortu[9] ante captiuitatem.

*Sed & ſi.

†quo ad.

g *In adoptionẽ dato*, qui iure iſto eſt in poteſtate adoptiui: vt ſupra de adopt. l. j. ſed hodie diſtĩguitur.vt.C.de adop. l.cum in adoptiuis. Itẽ fa.ſupra eodem.l.de eo. &.l.diuus.§.j.&.§. ij. & l. ſi pater. Item videtur hodie diſtinguendũ de eo qui eſt in poteſtate, cùm ei quærantur aduentitia.ſed dico cõtra, quia ſaltẽ vſusfru.quæritur patri.

*Eximere pœnæ aliquẽ, eſt cũ à pœna ſubtrahere, immunẽque Facere.Bu.

h *Manumiſſo*. vt. s̃. de leg.ij.ſi quis ſeruo. in fi. &.C. ad Sil.l.pen. & fa. s̃.de pec.leg.l. denique. §.fin.& de ali.lega. cum vnus.§.verbis.Accur.

i *Adſcripſit*. ſ. in alio teſtamento.

k *Ad cogitationẽ*. id eſt ſcientiam.

l *Adquiritur*.niſi contemplatione bonę fidei poſ.relinquatur:quo ca ſu caderet in legem dominus ſi ſcriberet: vt.s̃. de vſufru.l.ſed & quid. Accurſius.

m *Eximendum*.No.puniri affectũ.ſic.s̃. de iur. & fac.igno.l.regula.§.qui ignorauit. & inſtit.de ob. quæ ex de. §. placuit. & ſupra de fur. inter omnes.§. recte & facit ſupra de acqui.re.do.l.liber homo.& de acquir.heredi. ſi quis mihi. in princ. Sed arg.contra ſupra ad leg. Cor.de ſica.l.diuus. ADDITIO. Dic ſecundum Bar.quòd hic loquitur de quaſi falſo,quod non poteſt committi adſcribendo alij,niſi adſcribenti quæratur.& ideo cum ad perfectionem delicti requiratur euẽtus adquiſitionis.ideo inſpicitur euentus,non animus.ſed in.l. contraria ad perfectionem illius delicti ſufficit animus cum aliquo actu, vt colligitur ex verbis legis Corneliæ.

n *Poſtea emancipato*.vt ſi adſcribat filio legatum dandum cum erit emãcipatus. & facit quod dixi ſupra.§.item ſi ſeruo.item facit ſupra de manumiſ.teſta.l.ſi quis locuples.Accurſius.

o *Qui codicillos*.qui ſcilicet legatarius.

p *Confirmat*.nam per ſequens teſtamentum erant immutati codicilli,ſecundum P.ſed hodie contra:vt inſti.de codicil.§ ſed cum.

q *Manumiſſo*.id eſt manumittendo per fideicommiſſum.

r *Hoc ita*.quidam non habent hunc verſum,hoc ita &c.vſque illuc, nam ſi &c.& tunc dic, ignorãte eo,ſcilicet ſeruo: quia ſi ſciẽte eo,non valeret libertas.ſed tu habeas.& dic ſi volente teſtatore, incidit in falſum : & non erit liber. Si vero ignorante,incidit,ſed tamen ſeru[9] erit liber. ad quod ſupra de his quæ in teſta.delen. l. j. Sed videtur quòd etiam volente teſtatore cum onere remaneat apud heredem: vt.s̃.eod.l.filius.in fine. ſed hic ademit:quod valet in præiudicium ſerui:licet non ad vtilitatẽ ſcribentis.

†Verba ſunt Triboniani ſeu Iuſtin.Nam Calliſtratus hoc dixerat. & ex eius perſona Iuſtin.l. Diuus.§ item ſunt. s̃. eod.

ſ *Fideicõmiſſum ademerit*.ipſe legatarius.& cõcor. cum ſuperiori reſpon.

t *Qui*.ſcilicet filius.

u *Sed ſententia*. quia liberti non ſunt res æſtimabiles.Accurſius.

x *Non continetur*.verbis edicti vel ſenatuſcõſul. Liboniani.Accurſius.

y *Adſcripſit*.cum forte dominus aliquid ex eo teſtamento percipiat. Accurſius.

z *Hæſitari*. id eſt dubitari.

a *Diximus*.s̃.eo.l. diu[9]. §.item ſenatus.

b *Hunc*.ſ.ſeruum.

c *Qui*. ſcilicet ſeruus.

d *Si teſtamentarius*. i.tabellio qui ſcripſit teſtamentum.

e *Ab eo*. ſcilicet herede.

f *Et manumittatur*. quo caſu videtur legatum quod plus vẽdit. ad qđ s̃.de fideicomm.liber.l. ſed ſi alienare.

*id eſt effingat. Imitari chirographum alienum, eſt ipſum effingere, ſeu adulterare: Gallicè cõtrefaire.

g *Sibi*.ſ.tabellioni.

h *In voluntatem*. id eſt contra mentem.

i *Neque ſententia*.de inoffic. teſta. tamen non agit: vt ſupra de bono. poſ.contra tabu. l. non putauit.§. ſi quis. & facit ad hoc quòd qui ſcribit ſibi onus, non incidit.ſupra eod.l.vxori.§. j. de inter. act.l. de ætate.§.j.

†Athaletas. aliàs athales.

k QVid ſit falſum.Imitetur.ſic in auth.de fide inſtru. [a] in princ. coll.vj.

a]de inſtru. fid.& caute.

l *Mentitur*.verum eſt hunc mentiri : ſed non incidit in ſenatuſcon.quia non omnis mendax tenetur falſi:& ſic non obſtat. C. ſi contra ius vel vti.publi.l.ij.nam & ſecũdum iura canonum multa ſunt genera mendaciorum.

A *Thaletus*.] CASVS. Veritus Callimachus inſtituit filiam ſuam heredem in vna vncia, & quoſdam alios inſtituit heredes in xj.vnciis,& eoſdem grauauit vt Athaleto ſeruo ſuo dent libertatem,& duas vncias hereditatis.nunc iſte ſeruus præſente filia teſtatoris,& ea interrogãte coram iudice profeſſus eſt ſe poſſe probare teſtamẽtum Vetiti Callinici eſſe falſum:& ſic ad inſtigationem iſtius accuſauit teſtamentum de falſo filia teſtatoris, & ſuccubuit:&ſic amiſit vnciam in qua fuerat inſtituta:& fiſco accreuit.

uit. Quæritur an Athaletus ſeruus cui per fideicommiſſum relicta erat libertas cum parte bonorũ, aliquid de his perdat? Et dicitur quòd non, cùm ipſe non accuſauerit. Franciſcus.

a *Portio*. forte duæ vnciæ.
b *Apud*. id eſt præſente Maximilla.
c *Interrogatus*. Athaletus ſeruus.
d *Et cum in*. id eſt contra. Accurſius.
e *Maximilla*. cùm vellet accuſare.
f *In ſcriptorem*. i. contra tabellionem.
g *Cogi*. quod iuſtũ eſt, quia accuſando ſuccubuit: vt. C. eo. l. qui falſas. & facit. ſ. de acquir. here. l. quæſitũ. ſed arg. contra. C. eo. l. maiore. Accurſius.
h *Iuſſit*. quod fiſcus haberet.
i *Proponerentur*. hoc eſt contra. ſ. de his qui. vt indig. l. poſt legatum. §. an libertas. ſed ibi tulit teſtimoniũ, quod plus fuit: hic autem tantùm quædã verba dixit. Itẽ ſecundũ hoc contra. ĩ. ad Turpil. l. j. §. incidit. Sed ſpeciale in hoc crimine, vt non proſequẽdo parcatur inſtiganti: quia & accuſanti & deſiſtẽti parcitur: vt. C. de his qui. vt indig. l. alia. &. ſ. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. meminiſſe. Item contra. ſ. de his qui. vt indig. l. poſt legatũ. §. ſunt qui putant. ſed hic nõ perſeuerauit ſeruus, licet ab initio verba fecit: ſed pœnituit, ibi perſeuerauit.

† Iſte tex. eſt ſing. ad hoc quòd mandans delictũ & mandatarius poſſunt accuſari in eodẽ libello. Bolo. Adde ad hoc ꝙ ſi mandans & mãdatarius diuerſis libellis fuiſſẽt accuſati: poſſunt tamen vna lege cõdẽnari, ſecũdũ Cy. in. l. nõ ideo minꝰ. C. de accu. & Ange. Are. in §. in terdũ. inſtit. de obli. quæ ex quaſi del. naſc. Panor. & doc. in c. ad audiẽtiam extra de homi. Feli in c. ſicut dignum. in prin. e t. & H ppo. de Marſi. fin. 181.

* Athaleto.

& portio [a] hereditatis relicta erat ab his qui ex vndecim portionibus heredes erant inſtituti, profeſſus eſt indicium apud [b] Maximillam filiam teſtatoris ex parte duodecima heredem ſcriptam, ſe poſſe probare falſum teſtamentũ Vetiti Callinici: & apud magiſtratus interrogatus [c] à Maximilla, profeſſus eſt probaturum quemadmodũ falſum ſit factum teſtamentum. & cùm in [d] crimen falſi ſubſcripſiſſet Maximilla [e] in ſcriptorem [f] teſtamenti † & Proculũ coheredem: acta cauſa præfectus vrbi falſum teſtamentum nõ eſſe pronuntiauit, & Maximillæ partẽ duodecimã à fiſco cogi [g] iuſſit. [h] quæſitum eſt, an Aithaleti * libertas & fideicõmiſſũ poſt hæc facta debeãtur. Reſpondit, ſecũdum ea quæ proponerentur, [i] deberi.

XXV. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

Qvi nomine prætoris literas falſas reddidiſſe, [k] edictúmve falſum propoſuiſſe [l] dicetur: ex cauſa actione in factũ pœnali [m] tenetur: quamquam lege Cornelia reus ſit.

XXVI. MARCELLVS *libro trigenſimo Digeſtorum.*

SI quis patris ſui teſtamentum aboleuerit, & quaſi inteſtatus deceſſiſſet, pro herede geſſerit, atque ita diem ſuũ obierit: [n] iuſtiſſimè tota hereditas paterna heredi eius eripietur. [o]

Diuiditur in tres partes. Primò loquitur de eo qui dixit varia & diuerſa teſtimonia eodẽ tempore, & coram eodẽ iudice, & in eadem cauſa. Secundò loquitur de eo cuius teſtimoniũ variat ab eo quod aliàs dixit extra iudicium. Tertiò, de eo cuius teſtimonium variat ab eo quod aliàs dixit in alio iudicio. ſecunda ibi, & eũ qui cõtra ſignum. tertia ibi, de impudentia. h. d. vſq; ad. §. qui ſe. Barto.

Qvi nomine.] CASVS. Quaſdam literas præſentaui alicui ex parte poteſtatis, cùm ipſe eas nõ mitteret: vel edictum falſum propoſui ex parte poteſtatis, cùm non eſſet verum. Dicitur ꝙ teneor act. in factum ad intereſſe: licet & accuſari poſſim ex. l. Cor. Fr. Accurſius.

k *Reddidiſſe*. id eſt liacui preſentaſſe quaſi ꝑ tor mitteret: vt. C. eodem. l. maiorem. & dic vt ibi.
l *Propoſuiſſe*. ſcilicet in edicto. ad quod. ĩ. eo. l. hodie. §. j. ſed in lib. Alb. eſt edictum. Accurſius.
m *Pœnali*. ad intereſſe: vt. ĩ. eo. l. hodie. §. j. ſed contra. ĩ. ad muni. Titio. Solu. vt ibi. Accurſius.

SI quis.] CASVS. Patris mei teſtamentum aboleui, & bona eius poſſedi quaſi inteſtati: & deceſſi relicto herede. Dicitur quòd bona patris mei auferuntur heredi meo. Franc.

n *Obierit*. filius.
o *Eripietur*. vt. ſ. eo. l. ſi quis cum. in prin. Et ſic not. ꝙ etiã nepoti aufertur hereditas propter factũ aui. ſic & in feudo. ad quod. C. de quæſti. diuo. & de bo. lib. quæritur. Sed ar. cõtra. ſ. de ſenato. l. emancipatum. §. j. in fi. & de in ius voc. l. adoptiuus. in fine. Acc.

EOs qui.] CASVS. Qui diuerſa præbuerũt teſtimonia inter ſe, id eſt falſa vel varia: puniũtur. l. Corne. Item qui dixit falſum teſtimonium contra ſigillum ſuum, de falſo punitur. Item qui in eadem lite teſtificatus eſt pro actore, & poſtea pro reo, & ſic contraria dixit: de falſo punitur. Item qui ſi ſe geſſit pro milite, cũ nõ eſſet: vel qui falſo diplomate vſus eſt: quod expone vt in glo. punitur pro qualitate delicti. Franciſcus Accurſius.

p *Diuerſa*. id eſt falſa, vel varia: vel id eſt aduerſa. ad quod in auth. de teſti. §. ſi vero. col. vij. &. ſ. de teſti. l. qui falſo.
q *Præbuerunt*. ſcilicet in eodem negotio.
r *Legis*. ſcilicet Corneliæ.

XXVII. MODESTINVS *libro octauo Regularum.*

EOs qui diuerſa [p] inter ſe teſtimonia præbuerũt, [q] quaſi falſum fecerint, & pręſcripto legis [r] teneri pronuntiatum eſt: * & eum qui contra ſignum [ſ] ſuum falſum præbuit [t] teſtimonium, pœna falſi teneri pronuntiatũ eſt. De impudẽtia eius qui diuerſa duobus [u] teſtimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillat: quòd crimine falſi teneatur, nec dubitãdum eſt.

Qui ſe pro milite geſſit, [x] vel illicitis inſignibus vſus eſt, [y] vel falſo duplomate † vias cõmeauit, [z] pro admiſſi qualitate grauiſſimè puniendus eſt.

XXVIII. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

SI à debitore [a] prælato * die [b] pignoris obligatio mentiatur, falſi criminis locus eſt.

XXIX. IDEM *libro ſingulari de enucleatis caſibus.*

SI quis obrepſerit [c] pręſidi prouinciæ tã per acta [d] quàm per libelli interpellationẽ, nihil agit: imò ſi accuſatus fuerit, pœnã temeratoris [e] luit. proinde enim punitur, atque ſi falſum fecerit. ſunt enim reſcripta de ea re. [f] ſufficit autem vnum argumenti cauſa referre: cuius verba hæc ſunt: Alexander Auguſtus Iulio Marylo. Si libello dato [g] aduerſarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, ſubſcriptione [h] vti nõ poteſt: imò ſi accuſatus fuerit, & pœnam inferre [i] † debet.

XXX. IDEM *libro duodecimo Pandectarum.*

LEge Cornelia [k] teſtamentaria obligatur, qui ſignum [l]

ſ *Signum*. i. ſigillum, vel etiam, aliud ſignũ quod fecerat.
t *Præbuit*. vt &. ſ. prox. reſpon. dixi.
u *Duobus*. ſcilicet actori & reo. Accur.
x *Pro milite geſſit*. cùm non ſit miles.
y *Vſus eſt*. vt cùm centurio non ſit, fixit ſe in capite legionis.
z *Commeauit*. i. iuit cũ ſociis: vt cùm deberet equitare cum decem equis, equitaturus iuit cum. xx. per aliquem locum. vel cùm per ſingula. xx. miliaria deberet habere certum ſalariũ, dixit quòd vna die iuerat per. xl. miliaria: & ſic percepit ſalarium quaſi duorum dierum: cũ nõ tantùm iuiſſet: ſecus ſi tantùm iuiſſet: vt. ſ. de verborũ obliga. l. continuus. §. cùm ita. vel cũ per ſingula. xx. miliaria deberet ire per viam ſecuram ad cuſtodiendũ caſtra, iuit per magis curtã, & minus ſecurã.

* Flo. pronuntiat.

† Diplomate, vulg Sũt autem hæc diplomata chartulæ ſigno principis obſignatæ, i. codicilli, ſeu teſſerę quæ dabantur curſoribus, vt licerec eis vti equis & vehiculis publicis, quib' diplomatibus agnitis magiſtratus publicos illis equos & vehicula præbebãt. Bud. hic.

a *A debitore*. Cũ debitor qui antea obligauerat fundum, nũc eum venderet, adſeruit nulli obligatũ. nec ob. quòd hoc caſu videtur teneri crimine ſtel. qđ demũ in ſubſidium datur: vt. ſ. de crimin. ſtel. l. iij. quia hic adſeruit nulli obligatum: ibi tãtũ diſſimulauit. ſic etiã poteſt poni. C. e. l. ſi creditor. vel pone vt ſ. de fide inſtr. l. repetita. Ac.
b *Die*. i. antecedentib. diebus facta, ſecundum primum caſum.

* prelato. ſic ſ. de eden. l. j §. 1. quod aliàs dicitur repetita die. ſ. de fide inſtru. l. repetit adie. nec legendũ eſt plato. L R.

SI quis obrepſerit. i. tãtùm perſuaſit præſidi, quòd habuit ſentẽtiam pro ſe. Titius qui me conueniebat in. c. doloſè obrepſit ſententiã cõtra me à præſide, oſtendens ei libellũ ſuæ petitionis, & quãdam confeſſionem falſam quam dicebat me feciſſe apud acta. nihil egit: quia reſcinditur: vt. ſ. de iudi. l. ſi prætor. & tenetur de falſo. & fa. ſ. de fideicommiſ. lib. cũ vero. §. hoc ſenatuſconſultum. & C. de diuerſis offi. & appari. iud. l. ij. li. xij. &. ſ. de nata. re. l. j. Acc.

† ſufferre.

d *Per acta*. quæ iudici dixit.
e *Temeratoris*. id eſt falſatoris: vt ſubiicit.
f *De ea re*. id eſt ſuper ea quæſtione.
g *Libello dato*. præſidi.
h *Subſcriptione*. i. ſentẽtia præſidis quã facit ad libellũ. nã in ſentẽtiis libellus ꝑponitur. & fa. C. ſi cõtra ius vel vti. publicã. l. ij. &. v.
i *Sufferre*. id eſt ſuſtinere.

LEge Cornelia.] CASVS. Qui ſignum falſum fecerit, vel ſculpſerit: tenetur. l. Corn. teſtamẽtaria. item accuſatio de ſuppoſito partu non eſt publica, ſed ad certos ſpectat: vt in litera dicitur. Franciſcus.

k *Lege Cornelia*. ſcilicet de falſis.
l *Signum*. ſigillando, vel etiam ſubſcribendo. de quibus dicitur inſtit. de teſta. §. j. &. ij. & facit. ſ. eo. l. Paulus. §. j.

¶. Nouum. BBB

a *Adulterinum*.id eſt falſum.
b *Parentes*.non tamen filius matrem:vt.ſ.de accu.l.hi tamen.
c *Vt publicam*.ſpeciale in hoc falſo, vt non ſit publica accuſatio. aliàs contra:vt ſupra de pub.iu.l.j. no.& fa.C. eo.l.cùm ſuppoſiti.&.ſ.eodem.l.qui falſam.§.j.

D*Iuus*.] CASVS. Qui coram iudice producit inſtrumẽta ſuſpecta, nec poteſt probare ea eſſe vera:punitur iudicis arbitrio, quandoque multum, quandoque parũ, ſeu modicè. & ſi præſes videat eum debere deportari,mandabit hoc imperatori, qui imponet pœnam prout ſibi videbitur.& de hoc etiã diuus Marcus dixit.Fran.Accur.

d *Pro menſura*. i. qualitate ſeu magnitudine. Accurſius.
e *Non poßint*. cum ſuſpecta eſſent: vt.C.eo. præbemus.& de ꝓba.l. iubemus.Accurſius.
f *Pati poßint*.vt quia deportari:quod preſes nõ poteſt: vt.j.de pœ.l.ij. §.ij. vel dic plus quàm ſit forma iuris,id eſt iuriſdictionis, id eſt plus quàm ſit pœna ordinaria falſi, vt alij terreantur:vt.C.ad leg.Iul. repe.l.j.
g *Aeſtimaturo*. imperatori dico.
h *Ignoſcatur*. ſi tamen ſuam innocẽtiam probant,& oſtendant à quo acceperant:vt.C.eo.l.maiorem.& ſecũdum hoc ponitur caſus in falſo reſcripto: quod tamen dic vt ibi. vel dic in alio inſtrumento,ſi deſinat vti:vt.C.e.tit.l.ſi falſas.&.j. ad muni.l.libertus.§.error.

adulterinum[a] fecerit, ſculpſerit.

De partu ſuppoſito ſoli accuſant parentes,[b] aut hi ad quos ea res pertineat:non quilibet ex populo, vt publicam[c] accuſationẽ intendat.

XXXI. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus*.

DIuus Pius Claudio reſcripſit, pro menſura[d] cuiuſque delicti conſtituẽdum in eos qui apud iudices inſtrumenta protulerunt, quæ probari non poſsint:[e] aut ſi B plus meruiſſe videantur,quàm ex forma iuriſdictionis pati poſſint:[f] vt imperatori deſcribatur,eſtimaturo[g] quatenus coërceri debeãt. Sed diuus Marcus cum fratre ſuo pro ſua humanitate hanc rẽ temperauit:vt ſi, quod plerunq; euenit,per errorem huiuſmodi inſtrumenta proferantur, ignoſcatur[h] eis qui tale quidquã protulerint.

XXXII. MODESTINVS *libro primo de pœnis*.

HOdie qui edicta propoſita[i] dolo malo corrumpunt,falſi pœna plectuntur. Si venditor menſuras publicè probatas, vini, C frumenti, vel cuiuſlibet rei, aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit: quanti ea res eſt, eius dupli condemnatur:[k] decretóque diui Hadriani præceptum eſt,in inſulã eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent.

XXXIII. IDEM *libro tertio de pœnis*.

SI quis falſis conſtitutionibus nullo[l] auctore habito vtitur,[m] lege Cornelia aqua & igni[n] ei interdicitur.

HOdie.] CASVS. Qui corrupit edictum,punitur de falſo.Item qui corrupit menſuras frumenti vel vini,in duplum condẽnatur:item in inſulam relegatur.Franciſcus.

i *Propoſita*.in albo:vt.ſ.de iur.om.iudi.l.ſi quis id.per totum.
k *Condemnatur*.qua act?reſpõ.condictione ex hac.l.vel dic actione in factum,quæ aliàs datur pro ſimplo eius quod intereſt:vt.ſ. eo.l.qui nomine.Alij dicunt quòd per ac.l.Cor.de fal.quod non placet.& facit.ſ.de dolo.l.arbitrio.§.de eo. & quod ibi not. &.ſ. de extraordi.cri.l.annonam.§.fi.&.j.de ver.ſigni.l. Paulus reſpõ. &.ſ.de fur.l.ſi quis vxori.§.ſi maiora.Accurſius.

SI quis.] CASVS. Qui falſis cõſtitutio.ſiue legibus vtitur, quæ nullum habent auctorem,ſcilicet iuſtum: aqua & igni interdicitur.Fr.Accurſius.

l *Nullo*. nullũ habẽt auctorem etiam quæ habent,ſed reprobatæ ſunt: vt.C.de Iuſti.codi.confir.§.hunc igitur. ille ergo habet auctorem, qui habet talem qui habet ius condendi legem:vt principem,vel ſenatum, vel præfectũ.vel dic aliter,auctorẽ,à quo accepit reſcriptũ quaſi conſtitutiones,quæ tamen non ſunt.& concor.tunc.C.eo.l.maiorem.
m *Vtitur*.vt Galgoſius Papien.
n *Igni*.id eſt deportatione:vt.ſ.eo.l.j.§.fina.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

*Ho die diceremus repetendarum,ſcilicet pecuniarum.*

